ritatis exurgat: quatenus i eo et infirmitas
actionis i qua velut terra soluitur: bene vi
uendi foꝛtitudine solidetur. Et rursus cum
sensus ex vita trahitur: ex ipsa foꝛtitudine
toꝛrentes aurei defluant: q: in ore bñ viuen
tium doctrine claritatis inundat. Sequitur.
((Erit⁹ oipotens contra hostes tuos: et ar
gentum coacernabitur tibi.)) Quos magis
alios hostes patimur: q; malignos spiritus
qui in nostris nos cogitationibus obsidēt:
vt claritatem valeant nostre mentis irrūpe
re: cuiq; sub sui iugo dominij captā tenere.
Argenti enim nōie sacra eloquia designari
testatur psalmista qui ait. Eloquia dñi elo
quia casta argentum igne examinatum. Et
sepe cum eloquia sacra intendimus: malig
noꝝ spirituū insidias grauius tolerāmus
q: menti nostre terrenarū cogitationū pul
uerem aspergunt: vt intētionis nostre ocu
los a luce intime visionis obscurent: qs ni
mirū psalmista pꝛuiderat cū diceꝛat. Decli
nate a me maligni et scrutaboꝛ mādata dei
mei: videlicet patenter insinuāe: q: manda
ta dei pscrutari non poterat: cū maligno: rū
spirituum insidias in mente tolerabat. Qs
etiam in Isaac ope sub allophiloꝝ pꝛauita
te cognoscimus designari qui puteos quos
Isaac foderat terre cōgenie replebat. Dos
enim nos nimirū puteos fodimus: cū in scri
pture sacre abditis sensibus alta penetra
mus. Qs tamen occulte replent allophili:
quando nobis ad alta rendentibus immūdi
spiritus terrenas cogitationes ingerunt:
et quasi inuentam diuine scientie aquā tol
lunt. Sed quia nemo hos hostes sua virtu
te superat: q: Eliphā dicitur. Erit⁹ oipotens
contra hostes tuos: et argentum coacernabi
tur tibi. Ac si apte: ꝛ̄ decernatur. Dum mali
gnos spūs dño sua a te virtute repulerit di
uini intus eloquij talentuꝝ lucidā ereꝛescit.
Sequitur. La. 10.

Tunc super omnipotentem de
litias affines.)) Sup oi
potentem deliciis affluere ē
in amoꝛe illius scripture sa
cre epistolis satiari. In cu
ius numerum verbis tot de
litias inuenimus quot ad pfectum nostre
intelligentie aduersitates accipimus: vt mō
nuda nos pascat hystoria: modo sub tertu
littere velata medullitus nos reficiat moꝛa
lis allegoria: modo ad altioꝝa suspēdat cō
templatio in pscntis vite tenebris: iam de
lumine eternitatis intermicans. Et sciendū
q; quisquis deliciis affluit in quadam sui re
missione soluitur: atq; a laboꝛis studio ōis
et lassitudine relaxatur: q: nimirū alia cum
intermissis deliciis abundare cepeꝛit: terrenis
operibus incubare minime cōsentit: si amoꝛ
re cōditoꝛis capta: et sua captiuitate iam li
bera: ad contemplandā eius spēm deficien
do suspiraꝛit: et quasi lasciuiendo cōualuit:
q: duꝛ sordida onera poꝛtare nō valet:
ad illa p quietē ppeꝛat quē iam amat. Unde
etiā in admiratione ꝯ̄ conse scriptuꝝ ē. Quis
est ista que ascendit de deserto deliciis af
fluens. Q: nimirū sancta ecclesia nūq; ꝛ̄ cep

dei delictis affluere: de deserto vite presentis ascendere ad supiora non posset. Delictis ergo affluit: t ascendit: q: dum multicis intelligentijs pascit: ad superna quotidie oim plancta subleuatur. Vnde etiam psalmista ait. Et nox illuminatio mea in deliciis meis q: dum per intellectū mihi studiosa mens reficitur: iam in ea vite presentis obscuritas fulgore diei subsequentis illuminat: vt etiā in hanc corruptionis caligine in intellectū lucis mens futuri luminis erūpat: t verbor delicijs pasta ēgustādo discat: qd de pabulo veritatis clarescat. Sequitur. ((Et cleua bis ad deum facie tuā.)) Ad deum facie leuare est: cor ad sublimia meditāda attollere. Nā sicut per corporis facie homini: ita per interiorē imaginē deo noti aīe cōspicabiles sumus. Cū vero reatu culpe deprimimur: ad deū leuare cordis nostri facie verecundamur. Dum enim nulla bonorū operū confidentia valemus: intueri summa mens trepidat q: ipsa se conscientia accusat. Cū vo iam penitentie lamentis culpa diluitur: et sic pperata plangūtur: vt plangenda minime perpetrentur magna mentis fiducia nascitur: t ad cōspicienda superne retributionis gaudia cordis nostri facies leuat. Sed hec Eliphas recte diceret: si infirmum moneret. Cum vo iustū virū pter flagella despicit: quid aliud q verba sententie nescies sundit. Que nimirū dicta si ad hereticor typū ducimus: ipsi falsis presumptionibus ad deum nos facim leuare pollicētur. Ac si fideli populo patenter dicant. Quādiu pdicationē nostram nō sequeris cor in infimis premis. Quia vo Eliphas beatū Job ad deum recta admonuit: a quo videlz idē vir beat⁹ nunq recessit: adhuc pollicendo subiungit.

Rogabis eum t exaudiet te. Rogant quippe dīm sed exaudire minime merentur: qui iubētis dīi precepta contemnūt. Dī scriptus est. Qui declinat aurē suā ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. Quandiu ergo Eliphas beatum Job nō exaudiri credidit hanc numinis in suo opere errasse iudicauit. Vnde t adhuc subdit. La. ri.

Et vota tua reddis.)) Qui vota vouit: sed hec pre infirmitate soluere non valet: ei ex peccati pena agitur: vt voleti bona posse subtrahatur. Cū vero in conspectu intimi iudicis ea que obstitit culpa detergitur: fit primus vt votum possibilitas sequatur. Sequitur. ((Decernis rem: t veniet tibi.)) Doc eē pro primum infirmantiū iudiciū solet: vt tāto quē piam eriūment iustā: quāto hunc adipisci cōspiciunt omne qd appetit: eā videlz nouerunt nōnunq bona terrena iustis subtrahi: que largo munere tribuunt iniustis: q: t desperatis egris medici quicqd poscerie dari sciptūr: t eos quos reduci posse ad salutem putant: que appetunt dari contradicunt. Sed si dicta hec Eliphas de bonis spiritalibus intulit: sciendū q res decernitur: t venit eam virtus que ex desiderio appetitur: largiente deo etiā effectu prosperatur. Vnde t adhuc subditur. ((Et in vijs tuis splendebit lumen.)) In vijs quippe lumen splendere est: per mira opera virtutū signa sue claritatis aspergere: vt quoclīb p intētionē pergant ab intuentiū cordibus peccati noctem erradicent: t exemplo sui opis i eis iustīe lumen fundant. Sed quātalibet sit iustīa opis apud internū iudicē nulla est: si hanc elatus tumor mētis. Vnde t subditur. ((Qui enim humiliatus fuerit erit i gloria: t qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur.)) Que nimirum sententia a veritatis ore non discrepat dicentis. Qui se exaltat humiliabit: t qui se humiliat exaltabitur. Dī t per Salomonē dī. Antecīb conteratur exaltat cor hominis: t antecīb glorietur humiliabitur. Recte aūt dicitur. Qui inclinauerit oculos suos: ipse saluabitur. Qr quantū per membror ministeriū deprehendi pōt: prima superbie ostentio esse i oculis solet. Vnde enim scriptū est. Et oculos superborum humiliabis. Vnde de ipso superbiendi capite dicitur. Omne sublime videt. Vnde de illa que ei per infidelitatē adhesit: scriptum est. Generatio cuius excelsi sunt oculi: t palpebre eius in alta subrecte. Oculos ergo inclinare est nullū respiciendo despicere: sed seniorē atq imparē electis quos aspicit cū mare. Saluabitur ita q qui oculos inclinat q: qui falsum superbie verticem deserit veritatis altitudinem ascēdit. Sequit. ((Saluabit innocēs: saluabitur aūt a mūdicia manuū suarq.)) Que scilz sola si de ecclesie regni retributione premitur veritate fulsit: q: cū de deo scriptū sit. Qui reddet vnicuiq

opā eius: illū in extremo examīe iustīcia eterna iudicis saluat: quē hic eius pietas ab immundis opibus liberat. Sin vo ad hoc saluari quisq hic mundicia manuū suarū creditur: vt suis viribus innocēs fiat: penidubio errat: q: si supna gratia nocētē nō preuenit: nunq pfecto inueniet quē remuneret innocentē. Unde veridica moysi voce dicit. Nullus q apud te per se innocēs est. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliqd sine nobis vt subsequente quoq nostro libero arbitrio bonaq qs, iam appetimus agat nobiscum: qs tū p impensaq gratiā extremo in iudicio ita remunerat in nobis: ac si solis pcessisset ex nobis. La. xi.

Qui enim diuina nos bonitas vt innocētes faciat preuenit. Paulus ait. Gra aūt dei sum id qd sum. Et quia eandē gratiam nostrū liberū arbitrium segtur adiungit. Et gratia eius in me vacua nō fuit: sed abundantius illis oīb⁹ laborauī. Qui dum se de se nihil esse conspiceret ait. Non autq ego. Et tū q: se esse aliqd cū gratia inuenit adiunxit: sed gratia dei mecū. Non enim diceret mecum: si eius preuiente gratia subsequens liberū arbitriū nō haberet. Ut ergo se sine gratia nihil esse ostenderet ait. Non ego: vt vero se cū gratia operum esse per liberū arbitrium demonstraret adiunxit: sed gratia dei mecū. ((Mundicia ita q manuū suarū innocēs saluabitur: q: qui hic preuenitur dono: vt innocens fiat: eā ad iudiciū ducitur: et merito remuneratur. Que cuncta Eliphas sicut pdictū est: t si recte ptulit: cui tū pferret ignorauit: q: docere meliores audere non debuit. Que tū ola p trpā hereticis passionibus congruunt: q cū fidelibus quoq in presenti vita afflictos inuenūt: eos ex culpa pfidie pressos arbitrantur: eisq si bonorū operū mundicia punitrunt. Sz mēs ios innocentia tanto eos altius despicit: quāto ulcerari. Dī bene p Salomonē dicitur. Frustra iacta rete aūte oculos pennatoq. Pēnati quippe sunt bonorū spiritus: qui dum ta pranos: ui hominū deceptionis retiacula declinant. Sequitur.

Espōdens au

tem Job dixit. Nunc quoq in amaritudine est sermo meus: t manus plage mee aggranata est sup gemitū meum.)) Postquā suo beatus Job planctibus verbis inchoat: vt dicta sua alta mysteriū pscatione consumat. Mederi quippe volo: afflicti et amicorū consolatione debuerat: sed quia consolatio ad blandimenta falsitatis erupit: afflicti dolor inhorruit. Quia enim Eliphas respondere conuersio meliora non timuit q si ex notio medicamine vulnus erupit. Ut recte dicitur. Nunc quoq in amaritudine est sermo meus: t manus plage mee aggranata est super gemitū meum: q: videlz inordinate consolationis intentio passionē quaq minuere debuit: multiplicauit. In quos nimirum verbis per trpā sanere ecclesie etiaq fidelium dolor exprimitur: qui eo amplius gemunt quo malos blandiri cōspicunt: quia intra paucu vocem. Per dulces sermones: t benedictiones seducunt corda innocentiū.

Capitulum. xij.

Ue etiā hec ad cōsiderandā subtilius mentē fideliū recte referunt: qui esse sine amaritudine nesciunt: etiaq si in hoc mōdo pperari videantur quib⁹ cū t aduersitas euenit eū que inuenit ingeminat dolorē. Dī recte dī. Nec quoq vt apte mēstrek q: electoq mēs sine amaritudie t i pperitate nō fuerit. Dī aūt dī. Et man⁹ plage mee aggranata ē sup gemitū meū. ((Man⁹ quippe plage ē fortitudo passiōis. Prima nāq passionē suā electi cōsiderāt: q: a cōditore sui vsq tūc visi sunt: q: nequaq illum sanctis intime claritate pfruunt: sz in presentis vite exilio q si in exercitatis loco relegari gemūt. Semp ergo habēt i hac manu plagā gemitū suum: sed cū adhuc etiā aduersū in hac vita accedūt: man⁹ plage eorū etiā sup gemitū grauāt. Erat enī plage gemit⁹ etiā cū presentis vite aduersa deessent: sed amaritudo pene passionis etiā ex exspectatione creuit aduersitatis. Dicat ergo: t man⁹ plage mee aggranata ē sup gemitū meū: q: nulla qdē si hac vita aduersitas nō iterū ptulit: is in eo dolorem vulneris multiplicauit. Fit cū

miro ospotentis dei moderamine: vt eaz in
hoc mundo mes mala aduersitatab⁹ plus la
bozat: auctozis sui contemplandaz facie am
plius sitiat. Unde hic apte subiungitur.
Quis mihi tribuat vt cognoscā z inueniaz
illum: z veniā vsq ad solium eius. Electus
quq nisi deum cognouisset: vtiq non ama
ret. Sed aliud e cognoscere per fidem: atq
aliud per spem: aliud inuenire per crudeli
tatem: aliud per contemplationez. Et qua re
agitur, vt electi oculis eum quē fide cognouc
runt: videre quoq per spem anhelent: cui⁹
amoze flagrātes ciuant: q: eius vulcedinis
suauitatem iam in ipsa sue fidei certitudi
ne degustant. Quod bene ille in gerasenoz
regione sanatus a demonibus designat: q
vult abire cū iesu: sed ei a magistro salutis
dr: Redi in domū tuam: z narra quāta ti
bi fecerit deus. Dmanti. n. adhuc dilatio i
ponitur: vt ex dilati amoris desiderio meri
tum retributois augeatur. Fit ergo nobis
ospotens deus dulcis in miraculis: z tamē
in sua celsitudine manet occultus: vt z que
dam mōstrando de se occulta nos inspira
tione in suo amoze succendat: z tamē abs
condendo maiestatis sue gloziam: amoris
sui vim per eius desiderij augeat. Nisi enim
sanct⁹ vir videre hunc in sua maiestate que
reret: nō vtiq sabuiferret: z veniaz vsq ad
solium eius. Capitulum. ij.

Quid nāq est solū dei: nisi
angelici spūs: q scriptura te
ste: troni vocati sunt: Qui
ergo vsq ad solium ei⁹ venire vult: qd aliud q̄ inter
esse angelicis spiritibus cō
cupiscit: vt nulla iam defectiua temporum
mo menta sustineat: sed ad permanētē glo
riam in contemplatione eternitatis erurgat.
Que tamē verba etiam in hac vita positis
iustis conueniunt. Nam cū contra votum
suū atq desiderium quodlibet agi conspi
ciunt: ad occulta dei iudicia recurrūt: vt in
eis videant q: inordinate intus nō disponi
tur quod inordinatū foris currere videtur.
Cum. n. presidentem angelicis spiritib⁹ crea
torē olim fidei oculis contemplantur: ad
eius nimirū solium veniunt. Et q: psideratē
qm̄ is q mire angelos regit iniuste homines
nō disponit: pfecto inuenīt causales rōnes
q̄ iuste fiunt: dum ipse cause extrinsecus vide

ant iniuste: dūq id humiliter faciūt: semet
ipsos sepe i sua voluntate reprehendāt: sua i
se nōmunq̄ vota diiudicēt dā melioza esse
ea que disposuit conditor pēsant. Unde be
ne adhuc subditur. ((Ponā cozā eo iudi
ciū: z os meū replebo increpationib⁹.)) Co
ram deo iudiciū ponere ē: intra secretū mē
tis q fidei pēplatione ad tremēdū eiē
maiestatis illius oculos nostre cōsideratio
nis apire: qd peccator hō mereaī attende
re: z occulē⁹ nūe z tacitus index q̄ terribilis
post apparet, considerare. Et quare agit vt
ad cognitionē sui aīa subtilius reuocetur: z
quo occultū iudicē magis terribilem videt
eo de suis actibus formidolosis angustetur
a mīe trepidat: culpas suas lamentis insequ
tur: penitendo increpat: qualez fuisse se me
minit. Unde nūe quoq post q̄ dictum ē: po
nam cozam eo iudiciū: recte subiungit: Os
meū replebo increpationibus. Qui. n. sibi vi
conspectu dei iudiciū ponit: os suū increpa
tionib⁹ replet: q: dā subtile eiē tremen
di pīra se iudicis cōtemplat: amare se pni
tentione plegitur. Sepe aūt dā culpas no
stras pēsare negligimus: que earū reprehē
sio in iudicio sequatur ignoramus: dum nō
eas penitendo plegimur: qd nobis ē eis in
dex in suo examine dicere possit inuenim⁹.
Unde adhuc apte subiungitur. ((Et sciaz
verba que mihi respondeat: z intelligam qd
loquatur mihi.)) Tunc. n. culpas plangim⁹
cū pensare ceperimus. Sed tunc subtilius
pensamus: eā solicit⁹ plāgimus: atq; ex la
mentis i cozde nostro plenius nascit. Quid
est quod peccantib⁹ diuina districtio minat
q̄ erunt illa reprobox ip̄roperia: g terror: q̄
implacabilis maiestatis animaduersio:
Tanto enim tunc dominus reprobis iratus
dicit: quanta eos pati ex equitate permise
rit. Que nimirum verba animaduersionis
illius: iusti dūmodo solicite metuunt: euā
dunt. Sed quis in illo examine inuenire iu
stus valeat: si fm̄ sue fortitudinis maiesta
tem vitam hominum discutiat deus? Dpte
ergo subiungitur.

Capitulum. iij.

Uo multa fortitudine cō
tendat mecū nec magnitu
dinis sue mole me premat.))
Deo etenim q̄ziubz iustus sit ao
ospotente domino districte iudicatur: no

le magnitudinis premitur. In quibus nimirū
bis hoc quoq intelligendū est: q̄ sanctus
vir dū dei fortitudinē deuitat: qd eius ali
ud q̄ infirmitatem desiderat: Et scriptū ē:
Quod infirmū est dei: fortius est hominib⁹
Unde z protinus adiungit: Proponat eq
tatem contra me: z perueniat ad victoriaz
iudiciuz meū. Quis. n. alius nisi mediator
dei z hominū homo xp̄s iesus egtatis no
mine dignatur: de quo scriptū est. Qui fa
ctus ē sapiētia nobis a deo z iusticia. Que
scilz iusticia dā in hunc mundū contra vi
as peccatoz venit: antiquū hostem vinci
mus: a quo capti tenebamur. Dicat ergo.
Nolo multa fortitudine contēdat mecum
nec magnitudis sue mole me premat: pro
ponat egtatem contra me: z perueniet ad
victoriam iudiciū meū. i. ad redarguendas
vias meas icarnatum filiū mittat: z tunc i
fidianter aduersariū per absolutōis mee iu
diciū victor: excludā. Si enī in diuinitatis
fortitudine: sic vnigenitus filius inuisibilis
maneret: vt nil de nostra infirmitate susci
peret: infirmus homo ad eū iuentre accessū
gre quando potuisset? Consideratā quip
pe pondus eius magnitudinis oppzimeret
potius q̄ iuuaret: sed forte apparuit super
oīa: apparuit infirmus inter omnia: vt dū no
bis et assumpta infirmitate congrueret: ad
permanētem nos suam fortitudinē eleua
ret. In altitudine. n. sua diuinitas a nobis
vt pote paruulis apprehendi nō potuerat:
si strauit se hoibus per humilitatem: z qua
si in iacentē ascendimus: surrexit: z eleuati
sumus. Unde hoc quoq mox subditur: per
fectibilis demōstretur. Nam sequitur. ((Si ad
orientem ibero nō apparet: si ad occidentē
nō intelligā eū: si ad sinistrā: qd agā: Non
apprehēdam eū. Si me vertā ad dexteraz
parte nō est: q: vbiq est: Et tunc mīm⁹ inue
nitur: quando is q totus vbiq est: in parte
tra scripsiam habet: que tamē z implen
do circūdat: z circūdando ipler: z sustinen
do trāscendit: z transcendēdo sustinet. Be
nē aūt posti dictū est. Si ad orientē ibero
nō apparet: si ad occidentē nō intelligā eū
Si ad sinistrā qd agam: Non apprehēdaz
eū: si me vertam ad dexteram nō videbo il

lum: illico adiūnit. Ipse vero scit viā meā.
Ac si aperte dicat. Videre nō valeo videm
tem: z eū q me subtiliter intuet: intueri non
possum: vt videlz ostendat: q: tanto cauti
us formidandus est: quāto cōspicabilis nō
est. Qui enī ita nos aspicit: vt a nobis aspi
ci nequeat: eo magis timēdus est: quo cun
cta videns mīme videtur. Cum enī contra
nos latere quēpiam in iudicio credimus: eo
illum amplius metuimus: quo mīme vide
mus. Cūq eius insidias nequaq̄ deprehē
dimus vbi sit: z ibi eas metuimus vbi nō
sunt. Creator aūt noster q vbiq totus est:
z cernēs cuncta nō cernitur. Tanto magis
metuendus est: quāto inuisibilis permanens
de nostris actibus quando z qd decernat
ignoratur. Que tamē ꝓba intelligi z aliter
possunt. Ad orientem quippe imus cū men
tem in consideratione maiestatis ei⁹ attolli
mus: si nō apparet q: qualis i natura sua
est: cogitatione mortali videri nō prevalet.
Si ad occidentem nō intelligam eum.

Capitulum. iij.

Si occidentem imus: cum
subtenatum in deo cordis
oculum: sed ipsa immensita
te luminis reuerberatus ad
nosmetipsos reducimus: z
lassati discimus valde sup
nos esse quod querebamus: nostraq̄ mor
talitatem considerantes: indignos nos ad
huc eē deprehendimus: q̄ imortalem vide
re nō valemus. Si ad sinistram qd agam:
Nō apprehēdam eum. Ad sinistram ire ē:
peccatorum delectationibus consentire. Et
nimirū constat: q: deum apprehendere nō
valet: q adhuc in delectatione peccati per
sinistram iacet. Si me vertam ad dexteraz:
nō videbo illum. In dexteraz pro culdubio
vertitur: q̄ de virtutibus elevat. Sed deum
videre nō valet: q̄ prauata letitia de bonis
actibus gaudet: q: in eo cordis oculum tu
mor elationis premit. Unde bene alius di
citur: Ne declines ad dexteram aut ad sini
stram. In qb⁹cunctis plerūq̄ se alia disci
tur: nec tamē plene deprehēdere semetipsa
valet. Unde hic apte subditur. ((Ipse vo
scit viam meam.)) Ac si patēter dicat. Ego
me z districte discutio z tamē perfecte scire
non possum: z tamē ille quoq videre nō va
leo: videt subtiliter cuncta que ago. Sequi

tur. ¶ Et pdauit me quasi aurū quod per ignem tranſit. ¶ Aurū in fornace ad naturę ſue claritatē pficit dū ſordes amittit. Quaſi aurū ergo quod per ignem tranſit: pdantur animę inſtor: gbus eruſtione tribulationis: t ſubtrahuntur vicia t merita augentur. Hec elationis fuit quod ſanctus vir in tribulatione ſe poſitū auro ſe cōparauit q: qui di voce iuſtus ante flagella dicit eſt: nō iccirco tētari permiſſus eſt: vt in eo vicia purgarentur: ſed vt merita creſcerent. Aurū vero igne purgatur. ¶ Deus ergo de ſe eſtimauit ipſe ꝗ erat: dum tribulatione traditus purgari ſe credidit: g purgādum in ſe aliqd non habebat. Sciendū ꝙ o eſt: q: ꝗuis de ſe humilia ſentiat anim⁹ iuſtor: tū ea que agunt ꝗ ſint recta conſpiciunt: ſed de cor recti tudine nō p̄ſumunt. Unde adhuc ſubditur. ¶ Veſtigia ei⁹ ſecutus eſt pes meus. Iam eius cuſtodiui: t nō declinaui ex ea: a mandatis labiorū ei⁹ nō recedi: t in ſinu meo abſcondi ꝙba oris eius. ¶ Sz in his oibus an ſe eē aliqd eriſti met videamus. Segtur. ¶ Ipſe enim ſolus eſt. ¶ Qua ſententia ſubiecta oſtendit: qa in tot bonis que egerat: nil eē ſe credidit. Sed hec ipſa ſuperius verba repetētes: vt poſſumus perſtringemus. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus. Quaſi gdaz nāq; greſſus dei ſunt ipſe quas cernimus operatiōes eius: gbus bonus qſq; malusq; regitur: gbus iuſti iniuſtiq; ſuis ordinibus diſponūtur: gbus t ſubiectus qſq; ad meliora quotidie ducitur: t aduerſus ad deteriora cor ruēs toleratur. De gb⁹ nimirū ꝓpheta greſſibus dicebat: Diſi ſunt greſſus tui deus. Hos itaq; cū virtutē longanimitatis atq; pietatis ei⁹ ſequimur: t intuentes imitari cōtendimus: qd aliud ꝗ greſſuum eius veſtigia ſegimur: q: extrema quedā eius operationis imitamur. Dec. n. patris ſui veſtigia ꝙtas āmonebat imitari cū diceret: O rate p̄ p̄ſequentib⁹ t calūniantibus vos: vt ſitis filii p̄tris veſtri q in celis eſt: q ſolē ſuū oriri facit ſuper malos t bonos. La. 17.

Pſe teſt tū beatus Job q certa fide iā diceret: ſcio q redēptor meus viuit: t in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: ſum rurſus circūdabor pelle mea: t in carne mea videbo deū ſaluatorē meū. Quē videre ſe dicit: hūc ſe in futuro operatione ſe arbitratur. Et quia ſancti viri mentis oculus ſupra ſe nil videt: ſe ſolū ſe intuendo: ſe ſolū ſe cōſiderando: ſe ſolū ſe diligendo: ſe ſolū ſe deſiderando: ſe ſolū ſe timendo: ſe ſolū ſe laudando: ſe ſolū ſe amando

positus cur adhuc aduersa formidas? Ja tribulationibus eligeris: iam innumeris afflictionib⁹ angustaris. Malum timeri debet quod necdum susceptū ē: tu in tanto positus dolore qd metuis? Sed ecce vir iustus nostris ingressionibus satisfaciēs adiungit. ¶ Cum expleuerit in me voluntatem suam & alia multa similia prēsto sunt ei. ¶ Ac si aperte dicat. Jam perpendo que patior: sz adhuc formido que pati possim. Expler. n. in me voluntatem suam: q3 multis me persecutionibus affligit. Sed multa similia prē sto sunt: quia si ferire cogitat adhuc inuenit vbi plaga crescat. Vnde itaq3 pensandum ē & pauidus ante flagellum fuit: q3 eriaz percussus adhuc metuit ne feriatur. Incomprehensibilem qppe vim ei inesse considerans & potestatis & cramінis: esse vir iustus noluit: nec de flagello securus. Vnde adhuc metuens adiungit ¶ Et ideirco a facie eius turbatus sum: & pſiderans cum timore solicitor. ¶ Bene a facie dñi turbatur q terrorem maiestatis illius cordis sui obtutib⁹ p ponit: & eius recordatiōnis pauore concutit: dum se reddendis rōnibus cōspicit idoneum nō eē si districte iudicetur. Recte autez dr. Et cōsiderans eum timore solicitor: qa diuine animaduersionis vim: cā q3q3 minime considerat: minime formidat: & tāto magis i hac vita quasi securus est: quāto a cōsideratōe interne districtōis alienus. Semper eteni iusti viri ad cordis secretariuz redeunt: vim occulte districtionis intuentur: maiestatis itime iudicio assistunt: vt eo magis quandoq3 securi sint: quo hic q̄dū viuerent securi eē noluerunt. Nam maiorum mētes cā remuūt considerare quod timeant: ad hoc quandoq3 gaudentes perueniunt quod timentes nullo modo euadant. Sed ecce de beato Job nouimus: qd creberis dei sacrificijs dedit⁹: quod hospitalitatibus: quod indigētiū paupez impēsus: qd suis ēt subditis humilis: qd sibi aduersantib⁹ benign⁹ fuit: & tamē tot flagella suscepit: nec ēt securus extitit iter flagella: sz adhuc metuit: adhuc diuine districtōis vz pſiderans premisit. Quid nos itaq3 miseri: quid peccatores dicimus si sic timet qui sic egit? Sed tanti timoris pondus: an a se metipso habeat inuestigemus. Sequitur.

Capitulum. 20.

Deus mollinit cor meū: & omnipotens conturbauit me. ¶ Ex diuino munere cor iusti molliri dr: q3 superni iudicij timore penetrat. Molle est. n. quod penetrari potest: durū quod penetrari nō potest. Vnde per Salomonē dr: Beatus homo q̄ semp est pauidus: q3 vero mentis est dure: corruere in malum. Virtutez ergo fuę formidinis nō sibi: sed auctori tribuit: q3 ait. Deus mollinit cor meū: & omnipotens conturbauit me Non aūt secura: sed perturbata sunt corda bonoz: q3 dum futuri examinis pōdus cōsiderant: getem hic habere nō appetūt: securitatē suam districtionis itime consideratione perturbant. Qui tamē inter ipsa timoris supplicia sepe animū renocāt ad dona. Et vt semetipsos consolatione refoueāt inter hoc quod metuūt reducūt oculu; ad dona que acceperūt: vt spes subleuet quez timor premit. Vnde & segtur. ¶ Non enim perij ppter iminentes tenebras: nec faciem meā opuit caligo. ¶ Ille enī in flagello positus a salute corporis ppter imminentes tenebras perit. Qui iccirco pro transactis punitur vt a futuris supplicijs absōdatur Flagella qppe bonoz aut vicia perpetrata purgant: aut ea que poterant perpetrari deuitant. Beatus aūt Job: q3 in flagello positus nec a peccatis precedentibus purgabatur: nec ab iminentibus tergebatur: sed ei⁹ tantūmodo in flagello virtus augebatur: fiducialiter dicit. Non enim perij ppter iminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo. Qui enim semper diuine fortitudinis pondus asperit: eius cordis faciē caligo peccati nō operuit: & is quem supplicia nulla sequebantur: salutem corporis propter iminentes tenebras nō amisit. Et notādum q3 ipse prioza denūcians nequaq3 ait: faciē meā nō tetigit: sed nō operuit caligo. Sepe. n. etiam corda iustorum subrepte cogitationes polluūt: terrenarū rerū delectationibus tanguntur sed dum citius mentis sancte discretiōis ambigunt festine agunt ne cordis faciē caligo tēptationis operiat: q3 hanc iam ex illicita delectatione tangebat Nam sepe in ipso orationis sacrificio importune se cogitationes ingerūt: que hoc ipse vel maculare valeant: quod in nobis deo

flentes imolamus. Vnde abraam. Cum ad occasum solis sacrificiuz offerret insistentes auco pertulit: quas studiose ne oblatū sacrificiū raperent abegit. Sic nos cū in ara cordis holocaustū deo offerimus: ab immundis spe volucribus custodimus: ne malignus spiritus: & peruerse cogitationes rapiāt qs mens nostra offerre se domino vtiliter sperat. Sequitur. 21.

Omnipotente nō sunt absconditi/ ta tēpora: q3 autem nouerūt eū: ignorant dies illius. ¶ Quid dies dei: nisi ipsa eius eternitas appellat que nōnunq3 vnius diei prouenientia exprimit sicut scriptū est. Melius est dies vna in atrijs tuis sup milia. Nūnunq3 vero pro sue longitudine diez multorū appellatiōe signat: de quibus scriptum est. In seculū seculi anni tui. Nos itaq3 intra tēpora volumur: p hoc q3 creatura sumus: deus aūt q3 creator est omnia eternitate sua tempora nostra cōprehendit. Ait ergo. ¶ Ab omnipotente nō sunt absconditi tēpora: q3 autez nouerūt eū: ignorāt dies illius. ¶ Quia ipse quidē nostra cōprehēsibiliter cōspicit: nos aūt ea que eius sunt comprehendere nulla tenus valemus Sed natura dei eā simplex sit: mirandum valde cur dicit: qui nouerunt ignorant dies illius. Neq3 enim aliud ipse: atq3 aliud dies eius sunt. Deus nāq3 hoc est qd habet. Eternitatē quippe habet: sed ipse est eternitas. Lucem habet sed lux sua ipse est. Claritatē habet: sed ipse est claritas sua. Nō est ergo in eo aliud esse & aliud habere. Quid est itaq3 dicere qui nouerūt eum ignorāt dies illius: nisi q3 & qui cognoscunt eum adhuc nesciunt. Nam & qui tam eū side tenēt adhuc per speciem ignorant. Et eū ipse sibi sit eternitas quem veraciter credimus: qualiter tamen sit ipsa eius eternitas ignoramus. In hoc nāq3 quod de diuine nature potentia audiuimus eā nōnunq3 cogitare cōsuescimus que p experientiā scimus. Omne enim quod cepit & definit: initio & fine cōcludit. Quod si mora aliquantula differtur vt finiat: longum dicitur. In qua videlz longinquitate cum quisq3 mentis oculos reducit retro per memoriaz: tendit ante per spectationem: & quasi spatium temporis dilatat in mente. Cuiq3 audit eternitatem dei: humano more intendenti animo longa vite spacia proponit in quibus metiat sempiter: & quid abijt retro quod retineatur i memoria: & quid ante restat quod expectet ex intentione. Sed quoticns in eternitate ista cogitamus: eternitatem nec dum cognouimus. Ibi quippe est quod nec inuio incipit nec in fine terminatur: vbi neq3 expectatur quod veniet neq3 preterrit quod debeat recordari: sed est vnum quod semper esse est. Quod & si nos & angeli cum initium videre incipimus esse tamen hoc fine initio videmus: vbi sic semper fine fine esse est: vt nunq3 se animus tendat ad sequentia. ac multiplicentur que sunt et longa fiant. Nam & si per prophetie spiritum dictum est. Domine qui regnas in eternum: & in seculum et adhuc more sacri eloquij humano modo spiritus hominibus est locutus: vt ibi adhuc diceret vbi expectatio nō ineffet. Adhuc enis eternitas non habet: quae semper esse habet in qua nulla pars sue longitudinis preterit vt pars alia succedat: sed tantum simul esse est: & nil deesse quod eernat: in qua oē quod est animus videt: & tardum nō esse: & longū esse. Sed hec eternitatis diebus loquentes conamur magis videre aliquid q3 videmus. Dicatur igitur recte: qui autem nouerunt eum ignorant dies illius: quia & si iam deū per fidem nouimus: qualiter tamen sit eius eternitas sine preterito ante secula sine futuro post secula sine mora longa: sine presto lationē perpetua nō videmus. Beatus itaq3 Job sancte ecclesie typum tenens: q3 sub magno se scientie freno moderatur: ne plus sapiat q3 oportet sapere: & dies dr non posse comprehendi testificans ad hereticorum mox superbiam respectum mentis reducit: q3 alta sapere appetunt: & quod capere vt eū q3 non possunt: perfecte se scire gloriantur. Nam sequitur. ¶ Alq3 terminos transtulerunt: & diripuerunt greges: & pauerunt eas. Quos aliorum nomine nisi hereticos designat: qui a sancte ecclesie gremio extranei existunt? Ipsi enim terminos transierunt q3 constitutiones patrum preuaricando transcendant. De quibus nimirum constitutionibus scriptum est. Ne transgrediaris terminos antiquos: quos posuerunt patres tui. Pro. 22.

Qui greges diripiant ⁊ pascant: quia impe
ritos quosq; peruersio ad se persuasionib⁹
trahunt: ⁊ doctrinis pessimis ad interficiē
dum nutriant. capi. 22.

Am q̄ gregū nomine im
perfecti populi designantur
iponit verba additur: qui
sponsam suam aliaquitur
dicēs. ((Nisi cognoueris
te o pulchra inter mulieres
egredere ⁊ abi post vestigia gregū:)) idest nisi honorem tuū quo ad
similitudinem dei es condita bene viuēdo
cognoueris: a conspectu mee contemplatio
nis egredere: ⁊ imperitorum vitam imitare
populorum. Sequitur. ((Afinum pupillorū
abegerunt: ⁊ abstulerunt pro pignore bo
uem vidue.)) Quos hoc loco pupillos acci
pimus: nisi electos dei in mentis teneritudi
ne positos: q̄ magna fidei gratia nutriūtur:
⁊ patris sui iam pro se mortui faciem necdū
vident. Et sunt pleriq; in ecclesia qui quos
dam conspiciant ecclesia appetere: terrena
omnia despectui habere: ⁊ q̄uis ipsi in hu
ius mundi labo: ibus insudent: eis tū quos
ad ecclesia anhelare cōspiciunt: de rebus q̄s
in hoc mundo possident: in huius vite adiu
torium ferunt. Et q̄uis ipsi agere spiritalia
nequeant ad summa tamen tendentibus li
benter subsidia ministrant. Portare enim
asinus onera hominum solet. Quasi ergo q̄
dam asinus electorum est: qui terrenis acti
bus deseruiens: deportat onera ꝓximis ho
minum. Et sepe cum heretici quēlibet talē
a sancte ecclesie gremio auertunt: quasi pu
pillorum asinū abigunt: quia cum hunc ad
perfidiam suam pertrahunt: a ministerio bo
norum repellunt. Que autez vidua: nisi san
ctorum ecclesia debet intelligi: que occisū vi
rū sui interim visione priuata est: Bos autē
huius est vidue, vnusquisq; predicator. Et
sepe contingit: vt heretici peruersis suis dog
matibus: ipsos etiam qui predicatores vi
debant trahant. Bouem ergo vidue auferūt: eā de sancta ecclesia etiam predicātez
tollunt. Ubi recte est adiunctum: pro pigno
re. Pignus nāq; eā tollitur aliud quidem
ē quod tenetur: sed tamē adhuc aliud que
ritur. Et plerūq; heretici ideo eos conantur
auferre qui predicant. vt eorum etiaz sequa
ces trahat. Pro pignore ergo bos vidue tol
litur: quando ideirco ipse qui predicabat ra
pitur: vt alij sequantur. Ex cuius ruina ple
rūq; agit: vt hij quoq; de sancte ecclesie gre
mio exeant. qui in ea bonis moribus pradi
ti mites atq; humiles esse videbantur. Un
de ⁊ subditur. ((Subuerterūt pauperū viā
⁊ oppressērūt pariter māsuetos terre.)) Pau
pertatis nāq; nomine sepe humilitas desi
gnari solet: ⁊ nōnunq; hij qui māsueti atq;
humiles videntur: si seruare discretionez ne
sciunt: exemplis aliorum cadunt. Sunt ve
ro nōnulli heretici qui populis admisceri fu
giunt: sed secessum vite secretioris petunt: q̄
plerūq; eos quos inueniunt eo amplius pe
ste sue persuasiōis inficiunt: quo quasi ex vi
te meritis reuerentiores videntur. De qui
bus subditur.

Capitulum. 63.

Ij quasi onagri in deserto
egrediuntur ad opus suū:))
onager enim agrestis est asi
nus. Et recte hoc i loco ona
gris comparantur heretici:
quia in suis voluptatib⁹ di
missi: a vinculis sunt fidei: ⁊ rationis alieni.
Unde scriptum est. Onager assuetus in so
litudine: in desiderio anime sue attraxit vē
tū amoris sui. Onager quippe in solitudi
ne assuetus est: quia dū terrā cordis sui vi
scipline virtute non excolit: ibi habitat: vbi
fructus non est. Qui in desiderio anime sue
ventuz amoris sui attrahit: q̄ ea que ex de
sideria scientie in mēte cōcepit inflare ꝑua
let non edificare. Cōtra quos dicitur. Scien
tia inflat: caritas vero edificat. Unde hic
quoq; cōgrue infert. ((Egrediunt ad opus
suū.)) Nō enim deus: sed suū opus pagūt: dū
nō recta dogmata: sz ꝓpria desideria sequū
tur. Scriptuz quippe est. Ambulans in via
immaculata: hic mihi ministrabat. Qui er
go nō in via immaculata ambulat: sibi ma
gis q̄ dño ministrat. Sequitur. ((Vigilan
tes ad ꝑdam: ꝑparat panē liberis.)) Ad ꝑ
dam vigilant: quia verba iustorum ad sen
sum proprium semper rapere conantur: vt q̄
hec peruersio silicis panem errozis parāt. De
quo videlicet pane apud Salomonem ver
bio mulieris: pranitatis hereticē typum ge
rentis dicitur. Aque furtiue dulciores sunt:
⁊ panis absconditus suauior. Sequitur.
((Agrum non suum demetūt: ⁊ vineaz eius

quem vi oppressērant vindemiant. Potest
agri nomine scripture sacre latitudo signa
ri: quā heretici nō suam demetunt: quia ex
ea sententias lōge a suis sensibus diuersas
tollunt: que vince quoq; appellatione expri
mitur: quia per veritatis sententias botrus
virtutum profert. Cuius vince dominum. i.
scripture sacre conditorem: quasi vi oppri
munt: quia eius sensum in verbis sacri elo
quij inflectere violenter conantur: qui dicit:
seruire me fecisti in peccatis tuis: prebuisti
mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et eādē
vineam vindemiāt: qa ex ea sententiarū bo
tros ꝑ sue intelligentie intentione coacer
nant. Potest agri vel vince nomine vniuer
sa ecclesia designari: quā peruersi predicato
res demetunt ⁊ auctorem eius in membris
suis opprimendo vindemiant quia creato
ris nostri gratiam persequentes: dum quos
dam de illa qui recti videbantur rapiūt: qd
aliud q̄ spicas vel botros animarū tollūt?
De quibus adhuc subdit. ((Nudos dimit
tunt homines indumenta tollentes: quibus
nō est operimentū in frigore.)) Sicut vesti
menta corpus sic bona opera ꝓtegunt ani
mam. Unde eisdem dicit: Beatus qui vigi
lat: ⁊ custodit vestimenta sua: ne nudus am
bulet. Heretici itaq; cum in quorundaz mē
tibus bona opera destruūt: nimirum vela
mina indumentorū tollunt. Bñ autē dicit:
quibus nō est operimentum in frigore. Ope
rimentū quippe ad iusticiā pertinet: frigus
ad culpam. Et sunt nonnulli qui in quibus
dam rebus peccata faciunt: quibusdam vero
recta opera sequunt. Qui ergo ex aliqs acti
bus deliquit atq; ex aliqs iusticiā pagit qd
iste nisi in frigore vestitur? Et alget ⁊ tegit
quia ex alio opere seruescit ad iusticiaz: ⁊ ex
alio frigescit ad culpam. Sed cū heretici bo
na opera talibus subtrahūt: agūt ne in fri
gore habeant quo vestiantur. Recte ergo di
citur. Nudos dimiserūt homines indumēta
tollentes: quibus non est operimentū in fri
gore: vt videlicet solum culpe frigus interi
mat: quos calor alterius operis ex parte ali
qua tegebat.

Capitulum. 24.

Oteſt vero per frigus desi
derium: per vestimentū ope
ratio signari. Et sunt plc
rīq; qui adhuc peruersio desiderio exuunt:
sed contra se spiritualiter decertantes re
ctis sibi operibus repugnant: ⁊ bonis actib⁹
tegant hoc quod sinistrum sibi reluctare per
temptationem sentiant. Dū itaq; vnde ma
la desiderant: inde algent: vnde autē bona
operantur: inde vestiti sunt. Cum vero he
retici peruersis allegatiōibus recte fidei eis
opera subtrahunt: quid agunt nisi vt hij q̄
adhuc desideriorum carnalium frigora sen
tiant: sine bonorum actuum vestimento mo
riantur. Sequitur. ((Quos imbres montiū
rigant: et non habentes velamen amplectan
tur lapides: imbres sunt montiū verba do
ctorum.)) De quibus montibus voce eccle
sie dicitur. Leuaui oculos meos ad mōtes.
Hos itaq; imbres montium rigāt: quia san
ctorum patrum fluenta sacrant. Velamen
autem: vt iam prediximus bone operis tegi
men accipimus: quo quisq; tegitur: vt ante
omnipotentis dei oculos: prauitatis eius se
ditas operiatur. Unde scriptum est. Beati
quorum remisse sunt iniquitates: ⁊ quorū
tecta sunt peccata. Quos autem lapidum
nomine: nisi fortes in sancta ecclesia viros
accipimus quibus per primum pastorem di
citur? Et vos tanq̄ lapides viui superedifi
camini: Hij itaq; qui de nullo suo opere
confidunt: ad sanctorum martyrum protec
tionem currunt: atq; ad sacra eorum corpo
ra fletibus insistunt: promereri se veniaz eis
interdicentibus deprecantur. Quid ergo illi
in hac humilitate faciant: nisi q̄ bone actio
nis velamen non habent: lapides amplexā
tur. ((Abstulerunt deprēdantes pupillos:
⁊ vulgus pauperum spoliauerunt.)) Cū pro
speritatem vite presentis heretici non ha
bent. infirmis mentibus verbis blandiori
bus peruersa persuadent. Si qua vero illis
prosperitas temporis presentis arriserit: eti
am violēter trahere quos prevalent non de
sistunt. Pupillorum itaq; nomine designā
tur: hij qui adhuc sunt teneri intra sanctam
ecclesiam constituti quorum vitam miseri
cors pater moriendo seruauit qui ad bonaz
fidei intentiōez deducti sunt: sed adhuc bonis
actibus nulla ꝺ̄nte roborant. Heretici igit
deprēdantes pupillos vim faciūt: q̄ contra in
firmas fidelium mentes verborum ⁊ operū
violentia grassant. Vulgus aūt pauperū: ⁊

populas indoctos: qui si vere sapientie bonitas haberet: vestimentum sue fidei nequaq̃ amitteret. Quasi quidē quippe intra sanctam ecclesiam senatores sunt viri doctores: qui cum scientiam in corde multiplicāt: veris apud se divitijs habundant. Sed heretici vulgus pauperum spoliant: qr dū doctos non prevalent: indoctos quosq; a veritatis lumine fidei predicatione pestifera tenebrāt.

Sequitur. Capt. 25

NUdis & intercedentib⁹ absq; vestitu. & esurientib⁹ tulerant spicas.) Qd aīt nudis hoc replicat absq; vestitu sed aliud est nudus esse: aliud nude incedere. Omnis enim qui nec bona nec mala operat: nudus est & otiosus: qui autem mala agit nudus incedit: quia sine velamine boni operis per iter prauitatis pergit. Sunt vero nōnulli qui malā suę nequitie cognoscentes satiari pane iustitie festinant: percipere sacri eloquij dicta desiderant. Qui quotiēs patrum sententias pro edificandis mētibus in cogitatione versant: quasi de bona segete spicas portant. Heretici igitur nudis & incedentibus absq; vestitu esurientibus spicas tollāt: qr suę quidam otiosi sint: & in nullis se bonis exerceāt: sed iter impudicie absq; velamine boni operis pgant: etiam si quādo ipz ad penitentiam redire capiāt: & pabulum verbi concupiscunt eis esurientibus spicas tollāt: qa in eorum mente perniciosis persuasionibus patrū suas destruunt. Hec immerito spicas signare patrum suas dicimus: quia dum sepe figurata eloquia proferuntur ab eis tegmē littere quasi aristarū paleas sub trahimus vt medulla spiritus reficiamur. Sequitur. (Inter acervos eorum meridiani sunt & calcantes torcular. Bus fitiāt.) Omnes qui sanctam ecclesiam persequuntur: qd aliud q̃ torcular calcant: Quod divina agi dispē satione permittitur. vt animarū botri in spiritale vinum defluant: & carne corruptibili exute ad regna celestia velut in apotecam currant. Nez iniusti dum iustos deprimūt: quasi botros sub pedibus mittunt. Cōpromissi autez botri a lagni conuiuij secretarie erubescunt: qui prius quasi in huius aeris libertate pēdebāt. Unde David pphēta sancte ecclesie afflictionē conspiciens: psalmus pro

torcularibus scribit. Sed oēs qui vitam sibi delicij psequuntur: caleant & fluant: qr agendo crudelia ferocioresq; fiāt: & impietatis sue meritis eccatricō ambiant graviora facere: quo iam grauia fecerunt. Heretici aūt cum p se potestatē psecutionis non habent: huius seculi potentes cōmouēt eorumq; mētes ad psequēdam trahunt: & quibus valent pssionibus accendunt. Quos cū crudelia agere cōtra catholicorum vitaz conspiciūt: quasi in ipsos solos feruore requiescāt. Bene ergo nunc dicitur. Inter acervos eorum meridiani sunt: qui calcatis torcularibus fluant: quia eorū se multitudini adiūgunt quos iā vidēt graviora agere: & adhuc fluere graviora: quorū feruor dum eorū desideria sanat in eorū actibus quasi in meridie quiescunt.

Sequitur. (De civitatibus fecerunt viros gemere.) Quia civitates a cōuiuētibus populis appellent: nō immerito civitatum nomine vere sunt fidei ecclesie designate: que in singulis mundi partibus pōte: vnaz catholicā faciunt in qua fideles omnes de tota recta sentientes concorditer vivant. 26

HInc itaq; in euangelio duo cōuiuentium populorū etiā p locutorū distinctionē pcor diaz designauit: cum saturatum de quinq; panibus populum quinquagenos per turmas vel centenos discūbere precepit: vt vidēlz turba fidelium ricā suā & locis distincta: & moribus cōiuncta perciperet. Jubilei qp pe requies quinquagenarij numeri misterio cōtinet: & quinquagenarias bis dicit: vt ad centenariū numerū perducat. Quia ergo primus a malo quiescitur opere: vt post alia plenius quiescat in cogitatione: alij quinquageni alij aūt centeni discūbunt: qm sunt nōnulli qui a prauis actibus habent requiez operis: & sunt nōnulli q a peruersis cogitationibus habent iam regem mentis. Heretici igitur: quia perversis sepe huius mundi potentibus adherentes bonorū sociale vitā atq; concordiā persequunt. recte nunc dicit. De civitatibus fecerunt viros gemere. Quos rete beatus Job memorat viros: qa illos magis heretici extinguere ambiunt: q pravis gressibus per viam dei non fluere & errare: sed viriliter currunt. Qui cum vulnus perfidie ingeri in parvulorum fidelium

te conspiciūt: semper ad clamorē: & gemitus redeunt. Unde & recte dī: Et alia vulnerator clamabit: & de⁹ inultum abire nō patitur. Vulneratur quippe alia iusto⁹: cuz fides turbatur infirmor: quibus iam hoc ipsuz clamare est de alieno lapsu tabescere. Sz de⁹ inultum abire nō patitur: qr & si iusto ordine iniustum aliqd fieri permittit: inultū tamen abire nō sinit iniustuz quod fieri iuste permisit: qr & per reproborum iniusticiam quasdam quas inesse considerat culpas punit electorum: & tamē eterna iusticia ferire nō negligit iniusticiam ferientū. Sequitur (Ipsi fuerunt rebelles lumini.) Plerūq; peruersi & cognoscunt recta que seq debeant: & tñ seq despiciunt que cognoscūt. Lumini ergo rebelles sunt: qr sua desideria sequendo: bonū despiciunt quod nouerunt. Qui ergo non per ignorantiam: sed per superbiam delinquūt: elationis sue scutuz ꝺa culis veritatis obiciūt: ne salubriter pensent de feriātur. Et qua videlicet cor superbia agitur: vt q: nolunt facere que cognoscunt nec cognoscūt iā bona que faciant: sed sua eos cecitas a veritatis lumine funditus excludat. Unde & subditur. (Nescierūt viaz eius nec reuerti sunt per semitas illius.) Qui.n. prius sciendo rebelles sunt: postmodum excantur: vt nesciant: sicut de quibusdā dī. Quia cū cognouissent deum: non sicut deū glorificauerunt: aut gras egerunt. De quibus paulo post addit. Tradidit illos deus in reprobum sensum: vt faciant ea que nō conueniunt. Quia.n. glorificare noluerunt quē cognouerant: reprobo sensu traditi ad hoc relicti sunt: vt nescirent iā pensare mala que faciebant. Bene aūt dī.

Capitulum. 27.

NEscierunt vias eius: nec reuersi sunt p semitas illius.) Angustior quippe est semita q̃ via. Qui aūt bona manifestiora agere contēnūt: nequaq̃ ad subtiliora intelligenda pueniūt. Expectauit ergo potens deus vt per eius semitas pgerent: sed vias per eas vel reuerti voluissent: vt vite munera q̃ noluerunt per innocentiam saltem per penitentiam tenerent. Qua in re quāta sint misericordie viscera dei omnipotentis ostēditur: q eos quos a se discedentes aspicit: vt reuertantur quārit. Unde post enumeratas culpas delinquentium synagogam per vocē pphēticam reuocat dicens: Ergo saltē amodo voca me pater meus dux virginitatis mee tu es. Sequitur. (Mane primo consurgit homicida: interficit egenum & pauperem: per noctem vero erit quasi fur. Cū homicida in nocte proximorum per nocturnuz maxime silentium solear grassari: cur hoc i loco mane primo consurgere ad interficiendum egenum & pauperem dī: in nocte vero quasi fur eē perhibetur? Sed ipsis verbis fide dum fidi non congruunt. ad indagāda spūs secreta reuocamur. In scriptura sacra mane aliquando aduentus dūce incarnōis: aliquando aduentus ultricis districti iudicis: aliquando vero pūne vite prosperitas perpetui pmeuit. Mane enim aduentus dūce incarnōis: cernit sicut propheta dicit. Orīt mane & nox: q: nobis in eis primordijs in redemptore pūna fulserunt: & tñ a persecutore eorūdē⁹ perfidie tenebre nō sunt detersē. Rursum per mane aduentus iudicis designatur. Unde p̄ pe dī: In matutinis interficiebā. oēs peccatores terre: sicut & electos quosq; personaz ex primens ait: Mane astabo tibi & videbo. Rursum per mane presentis vite prosperitas designatur: sicut per Salomonem dī: Te tibi terra cuius rex ē puer: & cuius principes mane comedunt. Quia.n. mane primus diei tēpus est vespere extremū: nequaq̃ reficiendi sumus de huius vite psperitate que preterijt: sed vt his que in fine diei. i. in mundi termino sequuntur. Mane ergo comedunt: q de huius mundi psperitatib⁹ extollūtur: & dum presentia vehementer curant: futura nō cogitant. Odit enim q odit fratrez suū homicida ē. Mane tñ primo cō surgit homicida: q: in pūne vite gloria perversus q̃ erigitur: & illoz vitam deprimit q pū sequentem gloriē sitiunt: quasi sacrificari in vespere erigunt. Perditus etenim q̃ in hoc mundo dignitatē transitorie potestatis arripiens: tanto se acrius ad pagenda mala dilatat: quāto per charitatis viscera nullum amat. Totis enī cogitationibus totiens contra bonos surgit: quotiens innocentium vitam interimit. Qui si despecte deo subito gloriā accepte potestatis amisit: locū mutat: sed culpē nō mutat: q: ad

hoc ptinus dilabitur quod subiungitur.

Capitulum. 28.

Reus autem nomine in sacro eloquio aliquando malorum insidie: aliquãdo dies iudicij: aliquando vero ipsa eadez sacra eloquia designantur. Per arcuz quippe insidie figurantur: sicut per ꝑs dicitur. Intenderunt arcum suum rem amarã: per arcum quoq; dies extremi iudicij designatur: sicut per eundem rursum ꝑs. dicitur. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis: dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcꝰ. In arcu enim quanto longe trahitur corda tãto de eo districtio⁹ erit sagitta. Sic nimiruz fit extremi iudicij dies: quanto longe differtur vt veniat: tanto cum venerit de illo districtio⁹ sententia procedit. Jccirco autem diuersis nunc cladibus percutimur: vt his correcti paratiores tunc inueniri valeamus Unde illic premissum est: ostendisti populo tuo dura: flagella videlicet seculi que futurum grauius iudicij diem precurrũt. Potasti nos vino compunctionis: vt terrena gaudia in lachrymas verterẽtur: dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant a facie arcus. Ac si diceret. Hoc tempus misericordie est: illud tempus iudicij erit: per ista ergo huius temporis flagella significas quomodo tunc percussurus es quando nõ parcens indicas qui sic' districte modo per cutis quando parcis. Aliquando autem p arcum etiam sacra scriptura signatur. Ipa quippe arcus ecclesie ipsa est arcus domini: de qua ad corda hominum sicut ferientes sagitta sic terrentes sententie veniunt. Unde recte quoq; per ꝑphetam dicitur. Arcum tetendit ⁊ paravit illum: ⁊ in ipso paravit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit: arcum nãq; suum dominus tetendit quia cunctis peccatoribus per scripturam sacram minas exhibuit. In quo arcu scilicet vasa mortis ꝓparat: quia secũdum eloquij sententiam eos qui nunc corrigi negligunt: reprobos dãnat. In quo etiã sagittas suas ardentes effecit: quia in eos quos per terrorem corrigit accensas verborum sententias emittit. De hoc predicato rum arcu per Jsaiam dicitur. Cã sagittis ⁊ arcu egrediuntur illuc: quia numerum sancti apostoli ad feriendam gentilis vite duritiam cum districtis verborum spiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine nisi sacrum eloquium debet intelligi. In corda etenim testamentum nouum: in corpora vero testamentum vetus accipitur. In arcu autem dum corda trahitur corpora curuantur: sicut in hoc loco eodem sacro eloquio dum testamentũ nouum legitur: duricia testamenti veteris emollitur. Ad eius nãq; specialia ⁊ blanda precepta illius litere seuerigor inclinat. q: testamentum nouum dum quasi quodam bone operationis brachio trahitur in testamento veteri seueritatis ira flectuntur. Nec indecenter dicimus cordam testamento nouo congruere quod de incarnatione dñica certum ẽ extitisse. Cum si ergo corda trahuntur: ⁊ corpora curuantur q: dum in testamento nouo incarnatio mediatoris agnoscitur ad spiritualem intelligentiã rigor testamenti veteris inclinatur. Ait igitur sanctus vir. Dicebã gloria mea semp innouabitur. Et arcus meus in manu mea instaurabit. Arcus i manu est: scriptura sacra in operatione. In manu etenim arcum tenet: qui diuina eloquia que intellectu cognoscit: operatiõe ꝓficit Instauratur ergo arcus in manu dũ quiegã in sacro eloquio studendo cognoscit: vincẽdo complet. Unde etiã Salomon dũ fortes spũales pugne deserẽt bellatores ait. Octo tenentes gladios: ⁊ ad bella doctissimi. Quid nãq; i octo una scriptura per gladiũ figuretur: Paulus aperuit dicens. Et gladiũ spiritus quod est verbum dei. La. 29.

Capitulum primum.

Salomon autez nō alt: oēs habentes gladios: sz tenē res: quia videlicez verbum dei non est mirabile solum modo fare sed facere: habet gppe: sed nō tenet gladium: qui diuinum qdem eloqm non it: sz secundū illud vincere negligit. Et dor⁹ esse ad bella iam non valet: q spūalem quem habet gladium minime exercet. Nam resistere tēptationibus omnino nō sufficit qui hunc verbi dei tenere gladium male viuēdo postponit. Sancta itaq; ecclesia q̄ subsequenti persecutione deprimitur malorum abundantiam t bonorum inopiam pēsans beati Job vocibus damna sua pnunciat dicens: Dicebāq; in nidulo meo moriar: t sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas t ros morabitur i messione mea gloria mea semper innouabitur: t arcus meus in manu mea instaurabitur. Que videlicet cuncta cōsiderans nequaq; spe cassa fallebatur. Nam perfecti quiq; multos nunc eius conspiciunt auditores sed pensat prouidubio q̄ emergente persecutionis articulo ex his plerisq; hostes illius fiunt qui esse pacis tempore ei⁹ ciues videntur. Nō autez de omnibus ita desperant.: sed tamen pleraq; contingit vt hi de quibus maiorem fidei fiduciam habuerant: ipsi eiusdem fidei hostes atrociores fiant: vt eos tunc videant contra sacra eloquia agere: et quorum se operatiōe credidерant hec eadem sacra eloquia ad predicationis gratiam restaurare. Que tamē tempora iam nunc inchoasse ingemiscim⁹ cum multos intra ecclesiam positos cernimus: qui aut nolunt operari quod intelligunt aut hoc ipsum quoq; sacrum eloquium intelligere ac nosse contemnunt. Ai veritate etenim auertunt auditum ad fabulas conuertuntur dū omnes que sua sunt querunt: non que sunt Jesu christi. Scripta vbiq; reperta opponuntur oculis: sed hec cognoscere homines dedignant pene nullus querit scire que credidit. Multitudo ergo bonoz pcedētium arcum suū destrui dolet: que sacrum eloquium restaurari semp studium subsequentium credebat.

a

Vanis om

nem scientiam atq; doctrinaz scriptura sacra fine' aliqua cōparatione rancescat: vt tuc am q̄ vera p̄dicat qs ad celestem patriaz vocat: quod eternis desiderijs ad supna amplectenda eo: legentis imitat: q̄ dictis obscurioz⁹ exercet fortes t parvulis humili sermone blanditur: q̄ nec sic clausa est vt pauescat vehemat: nec sic patet vt vilescat: q̄ vsu fastidium tollit: t tanto amplius diligitur: quāto amplius meditatur: q̄ legētis animum hamilibus sbis adiuuat sublimibus sensibus leuat: q̄ aliquo modo cū ingentibus crescat q̄ a rudibus lectoribus quasi recognoscatur: t tamen doctis semper nouna reperitur. Et ergo de rep pondere tacentibus: scias tamen omnes atq; doctrinas ipso etiam locutionis suc more transcendit qui vno eodēq; sermone dum narrat rem tamē prodit mysterium t sic scit preterita vicere: vt eoipso nouerit futura predicare: t nō imutato dicendi ordine eisdem ipsis hominibus nouit: t anteacta describere: t agenda nūciare fient hec eadem beati Job verba sunt q̄ dum sua nostra predicit: vāq; lamenta: propria p sermonez indicat causas sancte ecclesie p intellectum sonat. Ait enī: Qui me audiebant expectabant silentes: t intenti tacebant ad consiliū meū. Verbo meo nihil addere audebant t super illos stillabat eloquium meū. Expectabant me sicut pluuiam: t os suū aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Hanc etenim apud beatū Job fuisse subiectorum reuerentiam indubitanter credimus. Sed sicut iam sepe diximus: sancta ecclesia hereticorum vel carnalium tribulationibus presta preteritorū reminiscitur temporum: in qbus omne quod ab ea dicitur: cum metu a fidelibus audit t aduersariorum suorum proteruiaz deplorans dicit: ((Qui me audiebāt expectabāt silentes: t intenti tacebant ad consiliū meū. Dic si aperte dicat. Nō vt hi proficiant ac timidi q̄ dum veritatis verba suscipere renuunt predicationi mee sententias: quasi dolendo pertrāt. Cui⁹ nūc discipuli ineēt ad eius cōsilium tacent: q̄ verba eius non audent impugnare sed credere. Ut enī proficere ex ipsis possint: ea, pculdubio nō iudicaturi sz secuturi audiunt. De qb⁹ recte subditur: vbo meo addere nihil audebant: q̄ nimirū tum heretici cū contra hanc libertate pessima fuerint effrenati dcis eius addere aliqd p̄sumūt cū predicamentoz eius rectitudinem quasi emendare molūtur.

Que adhuc de bonis auditoribus subdit. ((Et sup illos stillabat eloquium meum.)) In hac stillatione eloq̄: qd aliud q̄ mensura predicatōis accipitur: q̄ ops vt exhortationis gra singulis iuxta capacitatem ingenij p̄feratur. Per hoc ergo quod dr̄ sbis me io addere nihil audebant reuerētia laudatur audientium. Per hoc vo quod subditur. t sup illos stillabat eloquium meū indicatur dispensatio magistroz. Debet.n. subtiliter io q̄ docet perspicere: ne plus studeat q̄ ab audiente capitur: predicare debet eni ad infirmitatem audientium semetipm prahendo descendere: ne dū parvla sublimia: t iccireo nō plutura loqtur: se magis curet ostendere q̄ auditoribus prodesse.

Capitulum. 2.

Ezech 37.

Abente aūt dño nō soluz fiale ad mēsam tabernaculi: sz etiam cyrati p̄parant. Quid eni per fialas nisi larga predicatio: qd vo p̄cyratos nisi minima t tenuis de deo locutio designatur. In mēsa igitur dñi t phiale p̄parent t cyrati: q̄ videlz in doctrina sacri eloquij nō solum exhibenda sunt magna t arcana que vebeant sed etiaz parua t subtilia que quasi p gustum noticiam p̄stēt. Dui⁹ ergo discretissime dispēsatōis sue sancta ecclesia extremis p̄ssa temporib⁹ remiscatur t dicat: t super illos stillabat eloquium meū. Libi apte quoq; subiungit. ((Expectabant me sicut pluuiā t os suū aperiebant quasi ad imbrez serotinū.)) Verba qp pe sancte predicatiōis sicut pluuiā sustinemus: cū vera humiliare ariditatē nr̄i cordis agnoscim⁹ vt potu sancte predicatiōis irrigemur. Unde recte deo per p̄s dr̄: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Dic doctrine fluentis infundi ꝓphēta nos admonet dicens: Bibites venite ad aquas. Ondam, in extrema parte tam sccli sbā p̄dicatōis acceptione: quasi ad imbrē serotinū eos cordis aperuse. Nam si eos in corde nō esset p̄ua nō diceret: Labia dolosa in corde: t corde locuti sunt mala. Do igitur cordis q̄ verbis tendimus vltime predicationis hoc velut serotinis aperim⁹ fluentis. Que nimirū p̄dicatio ex eius ad nos sacrificio p̄fit: q̄ per psalmistam dicit: Elevatio manuū mearū sacrificium vespertinum. Quia eni redēptor noster iuxta mundi finē vsq; sequentium ptulit: semetipm pro nobis sacrificium vesptinuz dedit. De hoc imbre serotino alias scriptum est: Dabo vobis pluuiā t̄pōraneam t serotinam. Temperanciaz gppe pluuiam dedit: q̄ electis suis priori t̄pore legis sedicetis contulit. Serotinaz quoq; pluuiam tribuit: q̄ predicari diebus vltimis incarnatōis sue mysterium fecit. Dic q̄ sancta ecclesia quotidie annūciare non desinit: ora cordis audientium velut imbre serotino irrigat. Segtur. ((Si qñ ridebam ad eos nō credebant t lux vultus mei non cadebat i terrā.)) Dec si intra hystorie verba perpamus: credi necesse est q̄ vir sanct⁹ talem se exhibuerit subditis: vt eius radēs timeri potuisset. Dz cum superi⁹ patre pene perorum: viduarum vo consolatorez fuisse phibet: magna valde discretione res indiget: quō in tanto terrore regimis: tāta quo q̄ affuerit lenitas t mansuetudo pietat̄. Sine magna. n. benignitatis lenitate non fiat hoc qd se patrem pauperū t viduarum consolatorem dicit: sz rursuz sine magna seueritate nō potuit ēr rigens timeri. Cū a re qd aliud docemur: nisi q̄ talis debet esse dispensatio regimis: vt his qui p̄est ea se circa subditos mēsura moderet quatenus t arridens timeri debeat: t iratus amari: vt cum nec nimia letitia vilem reddat nec imoderata seueritas odiosum. Sepe enim subiectos frāginus dū plus iusto vigorem iustitie tenemus. Qui profecto vigor iam iustitie non erit: si se sub iusto moderamine nō custodit. Et sepe a discipline metu relaximus subditos si nostro regimini tyrannidis frena laxam⁹: q̄: dū nos quasi hostes letos aspiciunt: audacter ip̄i ad illicita resolumtur.

Psa. 77. 6

Psa. 11.

Psa. 14

Dicere 5.

Psa. 142.

Sed vt rectozis vultus etiã ictus debeat timeri: nceesse é vt ipse vultum sui cõditozis fine ceſſatiõe time at. Illi etenim mẽti difficile lẽticia creditur: que qñ se pro amoze dñi continue affligat a subditis sanat. Qui eni inecſſanti estu spãlatis desiderij superna appetit: valde de ea in dubium venit: hoc quod aliquando ante homines hilaresc̃at. Vnde t ipsem beatus Job nõ longe post dicturus est. Semper eni quasi timentes super me fluctus timui dñi. Sic qppe metuebat iudicẽ suum: quasi tumentes impetus fluctuũ iam iã moxturus. Cuius ergo ita mentẽ merozi diuini timoris infuderat recte hilaritati illius subditi nõ credebant: t qz cogebantur ridenti nõ credere causas coz i timoze conditozis nouerant: quaz continua mestitia tenebat. Hoc quoq; intra hystoriam nõ inconuenienter accipitur quod ptinus subinfertur. Et lux vultus mei nõ cadebat i terram: scriptum qppe est: O culi stultoruz in finibus terre. Rursumq; per eundem Salomonem dr: O culi sapientis in capite eius. Paulus quoq; ait: Caput viri xps. O culi ergo sapientis in capite eius sunt: dñi redemptozis sui semp opera que imitari vbeat contemplaf. Lux ergo huius vultus i terraz ceciderit: quia ea que terrena sunt per concupiscentiam non aspexit. Sed qz superficiẽ hystorie sub breuitate discussimus: gd i his de intellectu mystico lateat ppendamus: vnam eẽ psonam xpi t ecclesiam, plerũq; iam diuim9 t sepe vor capitis ad vocez coꝛporis: sepe vor coꝛ porzis ad vocem capitis tranſit. Qui enim sunt in carne vna nil obstat vt conueniant etiam i voce vna. Dicat ergo ex voce capitis de electis suis dicat ecclesia. Si quãdo ridebam ad eos nõ credebãt. Ridere etenim dei est: sanctoꝛ vias ꝓsequenti fauoꝛe proꝑari: sicut de his quoq; per vsum dicitur quos in hoc seculo felicitatis blandimenta comitantur artiſt illis tempus. Vnde econtra ira appellatur dñi bonis actionibus infirmari: sicut scriptum est: Nequãdo irascatur dñs: t pereatis de via iusta. Si igit̃ irascente dominus perhibetur cum viam iustitie homines perdunt recte arridere domin9 dicatur cum bona nostra opera fauoꝛ gratie superne comitatur. Sed electi quiq; quãdiu in hac vita sunt: securitatis sibi cõfidẽtiam nõ promittunt. Horis enim omnibus contra tẽptamenta suspecti occulti hostis insidias metuunt: qui etiam tẽptatione cessante vel sola grauiter suspitione turbant. Nam sepe multis graue periculum incauta securitas fuit vt callidi hostis insidias non tẽptati sed etiam prostrati cognoscerent. Vigilandum quippe semper est: vt cõtinue solicita nunquã relaxetur intentione: superna vt laboꝛiosa deserens in cogitationibus fluxis quasi in quibusdam molibus stramentis ideens venienti coꝛruptoꝛi diabolo mens se resoluta prostituat. Semper vero est ad certamen aduersarij erigendus animus semper ptra occultas insidias cautela prouidenda. Vnde etenim Abachuch prophęta ait: Super custodiam meam stabo: hinc rursum scriptũ est: Statue tibi speculam: pone tibi amaritudines: qui euãgelizas sion. Vnde per Salomonem dicitur: Beatus vir, qui semper est pauidus: q autem mentis est dure coꝛruet in malũ. Vnde iteruz dicit: Vniuscuiusq; ensis super femur suum propter timoꝛes nocturnos. Nocturnos quippe timoꝛes sunt: insidie temptationis occulte. Ensis autem super femur ẽ custodia vigilans carnis illecebram premẽs. Ne ergo nocturnus timoꝛ. i. occulta t repẽtina tẽptatio subꝛepat: semper necesse ẽ vt femur nostrum superpositus custodie ensis premat.

Capitulum. 4

Tunc eteniz viri sic de spe certi sunt: vt tamen semp sint de tẽptatione suspecti quippe qbus dr: Seruite domino in timoꝛe t exultate ei cum tremoꝛe: vt t de spe exultatio: t de suspitione nascatur tremoꝛ. Quoꝛum voce iterum ps. ait: Letetur coꝛ meum vt timeat nomen tuum. Qua in re notandum q non ait letetur vt securum fit: sed letetur vt timeat. Demineruntq; quãdiu eoꝛum actio ꝓsperetur: q in hac vita sunt: de qua per eundem Job dicitur: Tẽptatio est vita humana super terram. Demineruntq; rursum quod scriptum est. Coꝛpus quod coꝛrumpitur aggrauat animam: t deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Demineruntq; metuunt t certitudinem sibi in se premittere non presumunt: sed positi inter gaudium spei t temptationis metum confidant et timent: confoꝛtantur t titubant certificãtur t suspecti sunt. Cui ergo per vocem electi membri sub figura nostri capitis dr: Si qñ ridebam ad eos nõ credebant mihi: q redemptoꝛi nostro quasi arridenti non credimus: dum multis iam domus testantibus t grãm fauoꝛis eius accipimus: t tamẽ adhuc sub eius iudicio de nostra ꝑfirmitate titubamus. Videmus qualiter Paulo t arridetur iam per supernam grãm: t ipse adhuc quasi non credit per suspitionis metũ. Iam e celo illi dominus loquens eusq; in terius oculos aperiens exterius claudens potentiam sue maiestatis ostenderat: iã de eo amaric viderat: Vas electionis mihi est iam ad tertium celum supra raptus fuerat iam in paradiso ductus archana verba q dicere non posset audierat t tamen adhuc timidus dicit: Castigo coꝛpus meum t i seruitutem redigo: ne forte alijs predicãs ipe reprobus efficiar. Ecce arridenti sibi vnie grãe etiam credit per spẽ: t nec dum tamen credit per securitatem. Iam qz bene hoc verba redemptoris nostri vocibus congruunt: etiam subiecta testantur cum dicitur. Et lux vultus mei non cadebat in terram. Quid nãq; terra nisi peccatoꝛ vocatur: cui prima sententia dictum est: Terra es: et in terram ibis? Lux ergo vultus domini i terram nequaq; cadit quia visionis eius claritas peccatoꝛibus non apparet. Scriptum nãq; est: Tollatur impius ne videat gloꝛiam dei. Quasi enim lux in terram caderet si in extremo iudicio veniens claritatẽ maiestatis sue peccatoꝛibus aperiret. Quod si hec verba ex sancte ecclesie voce suscipim9 non incongrue intelligere poterimus lucez vultus eius in terram non cadere: qz occupatis in terrenis actionibus verat summa contemplationis sue mysteria predicare.

Dici enim infirmis foꝛtia prohibet ne duz incaptabilia audiunt predicatiõis verbis quibus subleuari debuerant opprimantur. Lux quippe ipsa coꝛporea que oculos sanos irradiat infirmos obscurat t dum lippientibus oculis claritati solis intenditur plerunq; eius ecclesia ex luce generatur. Sancta itaq; ecclesia oppressa persecutionis tempoze: memoꝛ autem preterite vite erat: lux vultus mei non cadebat in terram. Sed qua ex eius capite hec verba intelligere cepimus i ipso adhuc qñ sequitur exequamur. Nam subditur. Si voluissem ire ad eos: tecedebam primus. ¶ Quia in coꝛde reproboꝛũ priori loco actiones carnis sunt: t posterioꝛi loco actiones animẽ: in eoꝛum procul dubio cogitationibus christus non primus sed vltimus sedet: Sed electi quiq; quia ea pre omnibus que eterna sunt cogitant t posterioꝛa cura ac minima si qua sunt temporalia disponunt quibus t magistri voce veritatis dicitur: Querite primum regnum dei t iustitiam eius: t hec omnia adijcientur vobis: in eoꝛum coꝛde dominus primus sedet. Vbi apte ꝑmittitur: si voluissem ire ad eos Quia enim sicut scriptum est. Omnia operata est secũdum consilium voluntatis sue non secundum nostrum meritum: sed quia ipse ita vult visitatione sua nos dominus illustrat. Ideoq; t cum vult venit: t cum venerit primus sedet: quia t aduentus eius in coꝛde nostro gratuitus est: t appetitus eius desiderij in cogitatione nostra equalis ceteris desiderijs non est. Sequitur. ¶ Cui sederem quasi rex circũstante exercitu cruz tamen merentium consolatoꝛ. ¶ Quasi rex dominus sedet in coꝛde quia circũstrepentes regit animoꝛum motus in nostra cogitatione. In mente quippe iam inhabitat: dum toꝛpentia exercet: inquieta frenat: frigida accendit: accensa moderatur: emollit rigida: fluxa restringit: et ipsa hac diuersitate cogitationuz quasi quidam illum exercitus circũstat. Sue certe quasi rex sedet circũstante exercitu: quia presidentem illi mẽtibus electoꝛum circũstat turba virtutum. Qui etiam merentium consolatoꝛ est ea pmissione qua dicit: Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Et rursus. Iterum videbo vos t gaudebit coꝛ vestrum: t gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Ea vero que de sancte ecclesie capite diximus nil obstat si ad voꝛem quoq; eiusdem ecclesie referamus. In ea quippe coꝛdo doctoꝛum quasi rex presidet quem fidelium suoꝛum turba circũstat. Que scili-

cet multitudo fidelium recte quoq; exerci-
tus dr̃i in procinctu bonorum operũ in
desinẽter quotidie contra tẽptationem bel-
la pparãtur. Capitulum 5.

Jo.16

Lac.12.

Mat.26.

Luc.2.

Ibi.5.

Jo.10.
Mat.14
D

Ordã quoq; merentũ san
cta ecclesia cõsolatur: dum
psentis pegrinatõis erũ-
nas afflictas mẽtes electo
rũ pensat t has eterne pa
trie pmissione letificat. Cõ
fidebat etiam quod cogitatões fidelium
no fint timore pause: t quos de deo cõspi
cit districta audisse nõ timeant: agit quo q
quatenus t mansuetudine pietatis eoꝝ au-
diant vt presumant. Sic nãq; sancta eccle
sia fidelibus suis de pietate t iustitia redẽ
ptoris in predicatõis serie spez miscet t me
tum quatenus nec ieaute dẽmisericordia cõ
fidant nec desperate iusticiam timeãt. Ni
phus sui capitis formidantes refouet dicẽs
Nolite timere pusillus grex: q; complacuit
patri vestro dare vobis regnũ. Utq; iteruz
psumentes terret cum dicit. Vigilate t ora
te vt nõ intretis in tẽptationem. Rursum
formidantes refouet dicens: Gaudete ga
nomina vestra scripta sunt i celo. Sed i se
metipsis presumentes deterret cum ait: Vi
debam Sathanã sicut fulgur de celo cadẽ
tem. Formidantes refouet cũ dicit. Oues
mee vocẽ meam audiunt: t ego cognosco
eas t sequũtur me: t ego vitam eternaz do
eis: t nõ pibunt in eternum: t non rapiet
eas quisq; de manu mea. Sz in semetipsis
presumentes deterret dicens: Babunt fi-
gnã magna t pdigia ita vt in errorẽ indu-
cantur: si fieri potest ẽt electi. Formidãtes
refouet dicẽs: Qui pseuerauerit vsq; in fi-
nem hic saluus erit. Presumentes deter-
ret dicẽs: Cum venerit filius hois putas
inueniet fidem in terra? Metuẽtes refouet
cum latroni dr̃: Hodie mecum eris in para
diso: sed terret presumentes dum iudas ex
apostolatus gloria in tartarum labi. De
quo p sententie diffinitionem dr̃. Unode-
cim vos elegi: t vn9 ex vobis diabolus est.
Formidantem refouet cum dicit: Si o-
mserit vir vxorez suam t recedens ab ea du
xerit viz alteram: nunqd reuertet ad eam
vltra? Nunqd non contaminata t pollu
ta erit mulier illa? Tu aũt fornicata es cũ
amatoribus multis: tamẽ reuertere ad me
dicit dr̃s. Sz psumentẽ deterret eaz dicit.
Quid clamas sup̃ constructõe tua: insanabi-
lis est dolor tuus. Formidantẽ refouet di-
cens. Ergo saltez ammodo voca me pater
meus dux virginitatis mee tu es. Sed pre
sumentẽ deterret dicens pater tuus amo-
reus: t mater tua cetbea. Formidantem re
fouet cũ ait: Reuertere auersatrix israel: et
nõ auertam faciẽ meã a vobis q; sanctus
ego sum dicit dr̃s: t nõ irascar imppetuz.
Sz presumentẽ deterret cum p pphetam su
um ab intercessione phibet dicens: Nõ assu
mas pro eis landem t oronem q; nõ exau
diam clamorẽ eorum in tpe afflictõis: q; si
steterint coram me Moyses: t Samuel nõ
est aia mea ad populuz istũ. Sancta itaq;
ecclesia auditorum suoꝝ mentẽ t de miseri
cordie benignitate sublenat: t de iudicij dr̃
strictione pturbat quatenus in predicatio
ne sua dum bñ vtrũq; pmisceat electi cuiꝰ nec
de exhibita iusticia presumant nec de pre-
terita inigitate desperẽt. Sz hoc quod agit
((Cuz sedere quasi rex circũstante exercitu
eram tamẽ merentiũ consolator.)) Sciẽdũ
nobis est q; valde lectorem edificare etiam
iuxta hystoriam põt: si ppendat quomodo
bonis rectoribꝰ mitra fit: t regendi auctori
tas: t benignitas psolandi. Ait enim: Cuiq;
sedere quasi rex circũstante exercitu: ecce
auctoritas regimis. Erã tamẽ merentium
consolator: ecce ministerium pietatis.

Jere.3.

Exech.33
Jere.3.

Capitulum. 6.

Dsciplina enim vel mia
multum destituitur si vna
fine altera teneatur. Sed
circa subditos suos inesse
rectoribus debẽt: t iuste cõ
solans misericordia: t pie
seuiens disciplina. Hinc ẽ quod seminiui il
lius vulneribus q a samaritano in stabulũ
ductus est: t vinum adhibetur t oleum vt
per vinũ mordeantur vulnera: per oleũ so
neantur: quatenus vnusq;q; qui sanãdis
vulneribus preest: in vino mozsuz districtio
nis adhibeat: in oleo mollitiem pietatis p
vinum mordeantur putrida: per oleum sa
nanda foueantur. Miscẽda ẽ ergo lenitas
cum seueritate faciendus quoddã et vtro-
q; tẽpamentũ: vt neq; multa asperitate
exulcerentur subdit: neq; nimia benigni ta
te solũtur. Hoc nimirum illa tabernaculi

Luc.10

C

Exo.32

B

Expositionis. S. Gregorij. Liber iv.

archa significat in qua cũ tabulis virga si-
mul ac manna est: q; cũ scripture sacre scien
tia est in boni rectoris pectore: sicut est vir-
ga districtionis sic t mitis mansuetudinis. Dic
etiam Dauid ait. Virga tua t baculus
tuus ipsa me consolata sunt. Virga etenim
punimur t baculo sustentamur. Si ergo
est districtio virge que feriat: sit t cõsolatio
baculi qui sustentet. Sit itaq; amor: sz nõ
emolliens: sit vigor sed non exasperans: sit
zelus sed non immoderate seuiens: sic pie-
tas: sed non plus q̃ expediat parcens. In-
teri libet in moysi pectore misericordiã cũ
seueritate sociatam. Videamus amantem
pie: t districte seuientem. Certe cũ israeliti-
cus populus ante dei oculos: pene inuenia
bilem contraxisset offensam: ita vt eius re-
ctor audiret: descende peccauit populus tu
us. Ac si ei diuina vox diceret: q in tali pec-
cato lapsus est: iam meus nõ est atq; subitũ
geret dimitte me: vt irascatur furor meus cõ-
tra eos t deleã eos: faciãq; te in gentẽ ma-
gnam: ille semel t iterũ pro populo qui pec-
erat obicem se ad impetum dei irascentis
opponens ait. Aut dimitte eis hanc noxam
aut si nõ facis dele me de libro tuo quẽ scri
pisti. Pensemus ergo quãꝰ viscerib9 eun-
dem populum amauit: pro cuius vita de li-
bro vite deleri se petijt. Sed tamen iste qui
tanto eius populi amore cõstringitur: cõtra
eius culpas pensemus quanto zelo recruꝺ
descendatur. Mox enim vt petitione
prima ne delerentur culpe veniam obtinuit:
ad eundem populũ veniens ait. Ponat vir
gladium suũ super femur suum ite t redite
de porta vsq; ad portam per mediũ castro-
rum: t occidat vnusquisq; fratrem t amicuz
t proximum suũ. Ceciderũtq; in die illo: qsi
viginti tria milia hominum. Ecce qui vitaz
oium etiam cũ sua morte petijt: pauco rũ vi
tam gladio extinxit. Intus arsit ignis amo
tio: foris accensus est zelo seueritatis. Tan
ta fuit pietas: vt se pro illis coram dño mor
ti offerre non dubitaret: tanta seueritas: vt
eos quos diuinitus ferire timuerat: ipse iu-
dicij gladio feriret. Sic amauit eos quibus
prefuit: vt pro eis nec sibi parceret: t tamẽ
delinquentes sic plectus est quos amauit:
vt eos etiã dño parcente pterneret. Utro-
biq; legatus' fortis: vtrobiq; mediator am-
mirabilis: causam populi apud deum preci-

bus: causam dei apud populum gladio de-
ligauit. Inter amare tamen et interficere
do obliuit: forte seuiens culpam fomẽto ẽ
sumpsit. Succurre ergo obsecro offensa mor
te placorũ. Et iterato omnipotens deus de-
lectus famulum suum quem creauit agi
tem pro populo: q; vidit quid sapor popu-
lum securus esset ipse pro deo. In regimine
ergo populi vtrũq; morsus miscuit vt nec si
sciplina deesset misericordie: nec misericor-
dia discipline. Unde hic quoq; iusta vtrũ-
q; virtutem dicitur. Cũq; iederem quasi ex
citissime exercitu eri tamẽ merentiũ cõ-
solator. Sedere quippe circũstante exercitu
vigor est: ac disciplina regiminis: merentiuꝫ
vero corda consolari ministerium pietatis.
Sed q; inter hec necesse est: vt expositionis
sermo ad spiritualem intelligentiã recurrat
sancta ecclesia ab aduersarijs suis extremis
temporibus pressa reminiscatur transacta
ra regiminis: reminiscatur t quãta afflictio
exhibuerit benchacia pietatis: cuius videlz
disciplina t misericordia tanta a iesibus vi-
deatur. Eli t subdatur.

Capitulum. 7.

Unc autem
deridet me iuuenes te
pore. Ideo hereticoꝝ erat
universalis ecclesie com
parati iuuenes compo
re cõgrue vocant: qua
ipsi ab ea non adsit ipsa
egressa est ab illis. Unde recte quoq; p Jo-
annem dicit. Ex nobis exierunt: sed nõ erãt
ex nobis: nazs si fuissent ex nobis permansissent
vtiq; nobiscũ. Juuenes ergo tempore sue
etatis ecclesiã irridentes hi qui ab ea egres-
si sunt doctrine eius verba despiciãt: de qui
bus adhuc subditur. ((Quos nõ dignabar
patres ponere cũ canibꝰ gregis mei)) Quis
est grex sancte ecclesie nisi multitudo fide-
lium: Dei qui alij huius gregis canes voca
tur nisi doctores sancti: qui eorum fidei
custodes extiterunt: Qui dum pro domino
suo diurnis nocturnisq; vigilijs insomnes du-
mauerunt: magnos vt ita dicam latratus
predicationis dederunt. De quibus ecclesia
per ps dicitur. Lingua canum inimi-
ci ex inimicis ab ipso. Nimirum quippe ab ido
lorum culinibus reuocati sacti sunt predica-

Jeb.
Lu.30.
B

Ps.67

D

toꝛes dei. Lingua ergo eccl̃ie ecclesie ex inimicis pdit: quia conuersos gentiles vsq; ad finē predicatoꝛes fecit. Inde indoctī tarditas qui pro deo loqui noluerunt increpāte pphēta reprehēditur qui ait. Canes muti nō valentes latrare. Patres vero hereticoꝝ dicimus eos videlicet quos hereses habuerunt vocamus: de quoꝝ peruersa predicatione. i. locutiōe semine sequentes sunt populi ut errore generati. Sancta ergo ecclesia cum canibus gregis sui hereticoꝝ patres penere vindicatur: q; inuentoꝛes errorum vndicando respuit colq; inter veros patres numerare contemnit. Qui t si quosdam viros sancte a gentilitatis erroꝛe reuocasse: ignoꝛātiam moꝛis ad honesta agēda docuisse: pro eo tñ q; de vno recta non senserunt: eos cum canibus gregis sui non ponit q; cum rectis predicatoꝛibus non adscribit. Liquet enim q; arrius: fotinus: macedonius nestoꝛius: eutices: dioscoꝛus: seuerus: multiq; hic similes docendo atq; studēdo conati sunt patres videri: sed erroꝛes eoꝝ sancta vniuersalis ecclesia districta veritate diudicans: eos inter custodes gregis sui non numerat: quos eiusdem gregis vnitatē dissipantes damnat. De quibus voce pauli ephesijs dicitur. Scio q; post decessum meum ingrediētur ad vos lupi graues nō parcentes gregi. Et quia nōnunq; heretici quāto magis in perfidie erroꝛe dilabunt: quasi amplius in exteriori sese operatione custodiunt: ita vt agere pre ceteris magna videātur: sancta vniuersalis ecclesia cuncta eoꝝ opera despicit que ex auctoꝛitate fidei non prodire perpendit. Unde recte quoq; beati Job voce subiungitur. ((Quoniam virtus manuum erat mihi pro nihilo : t vita ipsa putabant indigni.)) Virtus quippe in manu est: magnitudo in operatione. Sed virtus manuum hereticoꝝ sancta ecclesia pro nihilo esse dicatur: q; nullius esse meriti conspicit vera fide perdita: quicqd operantur. Charitatem quippe dei t proximi deseruit: qui t de deo falsa sentiunt: t a proximo iurgando diuidantur. Sed virtutem manuum suę charitate testatur predicatoꝛ egregius qui ait. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: t si tradidero coꝛpus meum vt ardeam: charitatem autem non habeam nihil mihi prodest.

Isa. 58.

Mat. 20

Capitulum. 8.

Omnino vero heretici signa quoq; ac miracula faciunt: sed vt hic premia afflictionis sue: abstinentieq; videlz laudes quas querūt accipiant. Unde t redemptoꝛis voce dicitur. Multi mihi dicent in illa die domine dñe in nomine tuo pphetauimus: t in nomine tuo demonia eiecimus: et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis: quia non noui vos: discedite a me: qui operamini iniquitatem. Quia nimirum sententia quid datur intelligi nisi in hominibus charitatis humilitas: non autem debeant virtutum signa venerari. Unde nunc sancta ecclesia etiam si qua fiant hereticoꝝ miracula despicit: q; hec sanctitatis specimen nō esse cognoscat. Probatio quippe sanctitatis non est signa facere: sed vnumquēq; vt se diligere: de deo aūt vera: de proximo vero meliora ḡ de semetipso sentire. Nam q; vera virtus in amore est: non aūt in ostentione miraculi: veritas demonstrat que ait. In hoc cognoscēt oēs q; mei discipuli estis: si dilectionem habueritis adinuicem. Qui enim non ait: in hoc cognoscitur: quia mei discipuli estis: si signa feceritis: sed ait: si dilectionē habueritis adinuicem: aperte indicat: quia veros dei famulos non miracula sed sola charitas probat. Testimonium ergo superne discipulatus ē: bonum fraterne dilectionis. Quam videlz dilectionem quia oēs heretici habere refugiunt dum ab vniuersalis ecclesie vnitate diuidunt iure de eis dicitur. Quoniam virtus manuum erat mihi pro nihilo. Et quia ad eadem signa que exhibent nulla humilitate conueniunt: recte subditur: t vita ipsa putabantur indigni. Dei certe omnes hereticos sancta ecclesia vita ipsa fatetur indignos quia nimirum sub nomine christi militant contra nomen christi. De quib⁹ adhuc subditur. ((Egestate t fame steriles.)) Oēs heretici dum in sacro eloquio plus secreta dei studēt perscrutari ḡ sapiunt: fame sua steriles fiunt. Illeq; enim eo querūt ex quibus semetipso ad humilitatem erudiant: moꝛes in tranquillitate disponāt: patientiam seruent: longanimitatem exhibeant: sed ea solūmodo qui eos doctos atq; lo-

Mat. 7 B

Expositionis. S. Bꝛegorij Liber xx

quaces demonstrent: ille scire appetunt ex quibus singulariter eruditi videantur. Plerūq; enim audacter de natura diuinitatis tractant: cum semetipsos miseri nesciant. Egestate ergo ac fame steriles sunt: quia ea perscrutari desiderant: ex quibus bone vite germina non prodeunt. Ultra se quippe sunt que perscrutantur: dūq; ad' hoc tēdit quod comprehendere nequeunt ea cognoscere negligunt ex quibus eruditi potuerūt. Quam bene eorum audaciam predicatoꝛ egregius refrenat dicens. Non plus sapere quam oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Hinc Salomon ait. Pondēre tue pone modum. Hinc rursum dicit. Mel inuenisti comede quod sufficit tibi ne forte satiatus euomas illud. Mulcedinem quippe spiritualis intelligētie: qui vltra q; capit comedere appetit etiaꝫ quod comederat euomit: q; dum summa intelligere vltra vires querit etiam que bene intellexerat amittit. Hinc rursum dicit. Sicut qui mel multum comedit non est ei bonum sic qui perscrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Gloria quippe inuisibilis conditoꝛis: quē moderate inquisita nos erigit : vltra vires perscrutata premit. Ita q; heretici: quia de sublimi intelligentia quāto amplius repleri ambiūt tanto amplius inanescunt. Bene de eis dicitur: egestate t fame steriles. Immoderatio nāq; ausibus cognitionis superne scientiam quo plus appetunt plus amittunt.

Rom. 12. Prou. 31. Prou. 25.

Capitulum. 9.

Contra hi qui in sancta ecclesia veraciter sunt humiles: t veraciter docti noꝛūt de secretis celestibus: t quedam considerata intelligere t quedaꝫ non intellecta venerari: vt t que intelligant venerantur tenent: t que nec dum intelligunt humiliter expectant. Unde nobis per moysen dicit: vt comedentes agnum quicquid de eo reliquū fuerit igni comburāmus. Agnum quippe comedimus cum multa dominice humanationis intelligendo recondimus: vt in ventrem mentis. Ex quo quedam nobis remanent que comedi nequeūt: quia multa adhuc de illo restant que intelligi nequāq; possunt. Que tamen igne cōburenda sunt: quia ea que capere de illo non possumus humiliter sancto spiritui reseruamus. Que plerūq; humiliter ea etiam dicendo sensibus aperit: q; ad intelligendum impossibilia esse videbantur. Nam peruersi hereticoꝝ mentes sibi sapere intellectum mentiuntur: quasi certas vere sententias etiam de incognitis presumunt. Unde fit vt ipsa eos etiam que in eis apud semetipsos elaborata veritas horrida repellat: vtq; in vitio dei exteriora capiat qui se secreta spiritualia penetrasse singulariter putabant. Unde hic quoq; subditur. ((Qui rodebant in solitudine squalentes calamitate t miseria: t mandebant herbas t arborum corticem.)) Rodi solet: quod comedi non potest. Heretici quia scripturam sacram intelligere sua virtute moliuntur: iam procul dubio apprehendere nequaquā possunt: quam dum nō intelligunt quasi nō edunt. Et quia per superbiam gratiam non aduti hanc comedere nequeunt: quasi quibusdam nubibus rodunt. Exterius illā quippe contrectant cum quidem conantur: sed non ad eius interiora perueniunt. Qui qa ab vniuersalis ecclesie societate diuisi sūt non quelibet rodere: sed in solitudine memorantur. Ad quam nimirum solitudinem: quia predicatoꝛes falsi sequaces suos trahērent: longe ante veritas premonuit dicens. Si dixerint vobis ecce in deserto ē nolite exire. Qui recte perhibentur calamitate t miseria squalidi: quia t morum sunt pernicie t sensuum prauitate despecti. Qui herbas quoq; t arborum cortices mādunt: quia elationis sue obice repulsi: in sacro eloquio quasi magna t ultima peragere nequeunt: sed vix in illa quedam tenera et exteriora cognoscunt. Per herbas quippe dicta pia nioꝛa: per arborum cortices patrum dicta exteriora signantur. Qui ergo ea scire appetunt: ex quibus docti nequaq; sunt: sed esse videantur: dum in sacris voluminibus vim charitatis erga deum ac proximum mentium dulcitus non requirunt quasi ex herba vel cortice pascuntur: q; vel, ima vel exteriora que mentes superbientiaꝫ nutriūt querūt. Dei certe herbas mandere est de scriptura sacra minima precepta seruare: maiora cōtemnere. Quos bene veritas increpat dicēs. Ue vobis scribe t pharisei hypocrite: quia decimatis mentā t anetū t cyminū reliqui-

Mat. 23

B 2

ſtis que grauiora ſunt legis. Aut arborum quoꝝ corpora mandunt: q; ſunt nonnulli q in ſacris voluminibus ſolā litteræ ſuperficiē venerantur: nec quicꝗ de ſpirituali intellectu cuſtodiunt: cum nihil in verbis dei amplius niſi hoc quod exterius audierint eſſe ſuſpicantur. Quos tamē in cunctis erroribus ſuis inanis gloriæ appetitus poſſidet eoſꝝ honoris ambitus captiuos tenet: et plerūꝗ per ipſa que loquuntur nihil aliud ꝗ terrena lucra appetunt. De quibus per Paulum dicitur. Huiuſmodi enim chriſto domino non ſeruiunt ſed ſuo ventri. Unde recte quoꝝ ſubiungitur. ¶ Et radix iniperorum erat cibus eorum. ¶ Arbor nāꝝ iniperi pro foliis punctiones habet. Sic qppe ſunt herſuta que pferunt: vt ſpinis ſimilia contrectantem pungere valeant. Spina vero eſt omne peccatum: q; dum trahit ad delectationē quaſi pungendo lacerat mentem. Unde iuſti voce ꝛ penitentis dicit. Conuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina: que ſcilicet mens ad lametum vertitur: vt peccati punctio penitendo frangat. In tranſlatione vero alia non confringit: ſed configi ſpina perhibetur. Quod videlicet ab eodem ſenſit non diſſonat: quia penitentis animus ad luctum ducitur: dum perpetrata culpa in memoria ſua retinetur.

Capitulum. io.

Quid ergo per radicem iperiꝝ: niſi auaricia deſignatur: et qua peccatorū omnium ſpine pducuntur? De qua per Paulū dicitur. Radix olum malorū eſt cupiditas. Ipſa quippe latenter oritur in mēte: ſꝫ punctiones peccatorū olim pātenter producit in opere. Quas videlicet punctiōes ob hac radice ſurgētes ſtatim predicator egregius inſinuat cum ſubdit. Quam: quidā appetētes errauerunt a fide ꝛ inſeruerunt ſe doloribus multis. Qui enim multos dolores dixit: quaſi naſcentes innotuit ex hac radice punctiones. In iuniperis ergo peccata: in radice vero iuniperoꝝ quid aliud ꝗ auariciam. i. materiam intelligimus peccatoꝝ. Quia igitur plerūꝗ heretici ſola in verbis ſuis exteriora lucra ſectantur: nec ignorant quia peruerſa aſtruunt: ſed erroris predicamenta non deſerunt: dum ſumptus percipe quaſi doctores volunt bene de eis ſancti viri tunc voce dicitur: ꝛ radix iniperoꝝ erat cibus eorū: quia dum totis mentis ſue ſenſibus auariciam cogitant quaſi coalimento veſcuntur de quo naſci procul dubio ſequētium punctiones ſolent. Qui ſi quādo in ſacro eloquio quedam quaſi prudenter inueniunt: que dum non intelligunt pro ſuis eſſe aſſertionibus ſuſpicantur nor miſeris auditoribus ſuis quorū non animas: ſed ſubſtātias appetunt hec vociferantes aſpergūt. Unde congrue ſubinfertur. ¶ Qui de cōualibus illa rapiunt: q; hec cum humilibus dictis patrum: ſuperbo ſpiritu colligunt. Que dum pro ſuis ſe partibus inuenire gloriantur: ad ea cum clamoribus currunt: q; videlicet omne quod ſentiunt appetitu laudis ad aures hominū diffamare conant. Segtur. ¶ In deſertis habitant torrentiū: ꝛ in cauernis terre vel ſuper glaream. ¶ Torrentes dicimus riuos qui aquis hyemalib⁹ colliguntur: qui certis etiam temporibus arefiunt. Iure itaꝗ inuentores peruerſorum dogmatum torrentes vocantur: quia a calore charitatis frigidi quaſi in tempore hyemalis exarefiunt: q; non ppetua plenitudine profluunt: ſed catholicorū allegationibus: quaſi eſtib⁹ ſolis exſiccant. Et qui dem inuentores diuerſorum dogmatū contra ſanctam eccleſiam erroris ſeruore iaz veritatis extincti ſunt: ſed tamen eorum diſcipuli ea que illi docuerunt: tenere ac defēdere non deſiſtunt. Di ergo qui illoꝝ ſequunt errores in deſertis torrentium habitant. i. i eorum predicatione confidunt: quorum eloquia catholicorum iam reſponſione: ꝛ ratiocinatione ſiccata ſunt. Ca. xi.

Quid vero aliud cauernas terre quā occultas hereticorum predicationes accipimus? Sic enim heretici inter ſe clandeſtinis conuenticulis cocunt: vt errori ſuo reuerentiaz: quā ex ratione nō valent: prebeant ex occultatiōe: ꝛ infirmis animabus prauitatis ſermo tāto reuerēdus appareat quanto ſecretus. Unde apud Salomonem z mulier ex typo hereſeos ſuadet dicēs. Aque furtiue dulciores ſunt: ꝛ panis abſcōditus

Mat. 24

Pſa. 31

Ro. 16.

1 Thi. 6.

Pſa. 9

ſuauior: Que occulta. ſ. predicamēta teſtatur ſitas dicens: Si ergo vobis dixerit: ecce hic eſt chriſtus aut ecce illic: nolite credere. Et rurſum: Si dixerint vobis ecce in deſerto ē nolite exire: ecce in penetralibus nolite credere. Sicut enī fulgur exiſt ab oriente: et apparet vſqz in occidentem: ita erit ꝛ aduētus filij hois. Hoc utraq illic in penetralibus q hic dr in cauernis. In cauernis ergo heretici habitant q; plerūꝗ errorem ſe ereticis pdicationibus occultant vt quo ſe doctoribus prudentiores indicant: eo ſe vehementius imperitos trahant. Unde bene etiam ſubinfertur: vel ſuꝫ glaream. Glaream illos qppe minutiſſimos lapides dicimus quos aqua pluialis trahit doctores ſtatur puerſoꝝ dogmatū ſuper glareā habient: q; illas horum mētes trahant que nulla granitas ſtabilitate ſolidauit quatenus velut de loco ſemp ad locum flumina errorꝝ ducunt. Unde ꝛ predicator egregius cum auditores ſuos nō temporaliter duci: ſꝫ fortiter caperet granitate ſolidari admonuit dicens: vt iaz nō ſimus paruuli fluctuantes nec circūferamur oi vento doctrine. Recta itaꝗ eccleſia ab aduerſarijs ad modicū deprecſa eū ſibi andaces errantiū mētes inſultari conſpexerit: que eoꝝ conuerſatio fuerit ad memoriā reducit dicens. In deſertis habitabant torrentium: ꝛ in cauernis terre vel ſuper glaream. Quia eni eoꝝ peruerſa predicatio amiſſo igne charitatis et frigore mentis cōualuit pfecto in torrentiū deſertis habitauit. Quia vo aperta ꝛ libera nō fuit: in cauernis latuit. Qz adt plebē nō fixam ſꝫ mobilē tenuit nō ſuper petram ſed ſuper glareaz manſit. De qbus adhuc ſubditur. ¶ Qui iter huiuſcemodi iterabantur: ꝛ eē ſub ſentib⁹ delicias cōputabant. ¶ Quid nomine ſentiū niſi eas quas iam ſuprādiximus punctiones peccatoꝝ intelligimus? Quia adt peruerſe mentes gaudent in iniquitatibus quas flere debuerunt: oēs heretici tanto ſe inani leticia extollūt quāto magis ad peiora conualeſcunt: atꝗ eſſe ſub ſentibus delicias putant: q; inde peruerſam mētem ad gaudium ſublenant: vnde ſpinas peccatorum portant. Nā ſi quādo ad errorem ſuū valuerunt quempiam trahere ſeſe per leticiam iactant: atꝗ vnde ſibi peccata quotidie etiam alios perdendo congregāt: inde ſe eſſe quaſi vncte ad iuſticiam eruleant. Bene ergo dicitur quia inter huiuſcemodi trahantur: ꝛ oē ſub ſentibus delicias comparabant. Trahunt eni quos valent ad perditionem ſuam: et ſub peccatis eſſe dei culpis culpas addere credunt ſe virtutum opulentiam cumulare. ¶ Filij ſtultorum ꝛ ignobiliū: ꝛ in terra penitus nō parentes. ¶ Eorum videlicet filij: qui fuerunt errorum magiſtri. Filij igitur dicūtur nō de eorum ſemine: ſꝫ de imitatōe generatis: qui docendo peruerſa: ſtulti fuerūt per ignorantiam viuendo nequiter ignobiles per actionem: q redemptoris noſtri nulla ſapientie: nulla vite cognitione cōtinent: de quo Salomonis voce in laude ſancte eccleſie dicitur: Nobilis i porta vir ei⁹. Dō tracꝗ quia peruerſa errantium exēpla ſecuti ſunt: filij ſtultorum ꝛ ignobiliū eſſe memorantur. Recte autem ſubiungit: ꝛ in terra penitus nō parentes. Quia vaz hic videri aligd appetunt nimirum a terra viuentium erratres fiunt. Sz hoc quod i detrimentorum typo dicimus: omnino nil obſtat ſi etiam de peruerſis atꝗ carnalibus ſtulſ in recta fide poſitis ſentiamus. Necꝗ enim ſancta electorum eccleſia ſolos ſibi aduerſarios deputat q ab eius fide poſiti extra diſſentiunt: ſed eos quoꝝ qui viam ſuam male viuendo interius perdunt. Contēplet igitur crāuam irruentis aduerſitatis afflicta: quomodo proſperitatis ſue tempore iniquorum ꝛ intra ſe viuentium prauitate grauata ſit: cōtemplet q exigentibus meritis quorūdaz nō iuſte in alia vita turbata ſit omnium ꝛ dicat. ¶ Qui rodebant in ſolitudine ſqualētes calamitate ꝛ miſia: ¶ ſicut in prima huius operis parte prefatus ſum: per virtutem cōtemplationis nōnunꝗ ſolet intelligi ſolitudo mentis. Sed hoc in loco cum ſolitudo per obiurgationem dicit quid aliud ꝗ boni deſtitutio demōſtratur? Unde ꝛ ſub iudee typo Dieremias peccatorio animam deplorat dicens: Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo? Sed cum per beatū Job de prauis dicitur: rodebāt in ſolitudine: libet iuxta hoc etiam quod per pſalmū dictum eſt: inimici eius terrā lingent.

Pſa. 31

Pſa. 9

Capitulum. ix.

DO gppe sint genera hominum ambitioni sue seruientium: vnum videlicet quod semper ad auariciaz blandimentis vtitur lingue: aliud vero quod apta vi intendit rapine. Nam rodimus cum aligd exterius fortiz annisu arripimus. Et ambiẽ enim quando hoc quod edit facile non pōt imprssa lingue lenitate gustatur. O ēs igiẽ etiam sub specie fidei prone viuentes qui aliena appetunt: sed ea que appetūt rāpe nequaq̄ possunt: blandis autem sermonibus t quasi mollicie vulcedinis concupita abstrahere conantur: qd aliud q̄ terrā lingunt: quia terrena queq̄ que virtute neque unt auferre: mollicie lingue molliunt. Qui vero in hoc mundo aliqua potestate suffulti sunt: t concupiscentes aliena: blandire q dem et fraude decipiant: qz etiam iniusto labore possunt implere quod volunt. Dū hoc quod appetunt nō lambunt sed rodūt qñ ppinquorum vitam fortitudine virium velut annisu dentium molliuntur. Conspici at itaq̄ sancta ecclesia veras diuitias eterne patrie: conspiciat frequentiam superno rum ciuium: conspiciat in electis suis cultū mentis t innumerabilium dona virtutuz at q̄ ab eis ad prauoz̄ vitam omni bono destitutam mentis oculum reuocet: t ex illorum comparatione videat qualiter ista ecteris virtutibus sit vacua: qz superna deseruit t infima concupiuit: videat quomodo plerūq̄ id quod appetit: si fortasse prevalet et etiā violenter rapit: videat tales se quasi intra se positos diu toleraſſe: atq̄ ex eoz̄ culpis vsq̄ ad bonorum quoq̄ pericula ad detrimenta peruenisse: t dicat. Qui rodebant in solitudine. Ac si aperte conqueraẽ dicens: Aliena etiam violenter rapiẽdo nō roderent: nisi prius ipsi in interioribus suis soli ac vacui a virtutuz cultura remanerent. Bene autem eoz̄ qualitatez replicat dicens: squalentes calamitate t miseria.

Egrota nāq̄ caro si studiose curari negligitur squaloze desuper ducto in infirmitate deterius grauatur: t dum calamitati egritudinis: negligentie miseria additur grauior molestia oborto squaloze tolleratur. Natura igitur humana bene condita: sed ad infirmitatem vicio propie voluntatis lapsa in calamitatez cecidit: quia pressa innumeris necessitatibus nihil in hac vita nisi vnde affligeretur inuenit. Sed cum eisdem nature nostre necessitatib⁹ plerūq̄ plusq̄ expedit deseruimus mentisq̄ curam negligim⁹ et miseriā negligentie infirmitati nostre addimus squalorem culpe. Necessitates nāq̄ naturales hoc habere valde periculosū solent quod sepe in eis minime discernitur quid circa illas per vtilitatis studiuz: t qd per voluptatis vicium agatur. Crebro enim occasione seductionis inuenta: dum necessitati debita reddimus: voluptatis vicio deseruimus: t infirmitatis velamine ante discretionis oculos creatio nostra se paliat: ac quasi sub patrocinio erpiende vtilitatis occultat. Infirmitatem vero nature nostre per negligentiam relaxare nihil est aliud q̄ calamitati miseriam addere: ac viciorum squalorem ex eadem miseria multiplicare. Unde sancti viri in omne quod agunt studiosissima intentione discernunt: ne quid plus ab eis nature sue infirmitatis quam sibi debetur erigat: ne sub necessitat tegmine in eis vicium voluptatis excrescat. Aliud enim ex infirmitate: aliud ex tentationis suggestione sustinent: t quasi quidaz rectissimi arbitres inter necessitatem voluptatēq̄ constituti hanc consulendo sublevantes illam premendo frenant. Unde fit t si infirmitatis sue calamitatem tolerant: tamē ad squalorem miserie per negligentiam nō descendant. Hoc ipsum enim esse in calamitate est: necessitatem nature ex carnis adhuc corruptibilis infirmitate sustinere. Quas videlicet necessitates cupiebat euadere q dicebat. De necessitatibus meis eripe me. Sciebat enim plerūq̄ voluptatum culpas ex necessitatum occasiõe prorumpere: t ne quid sponte illicitum admitteret: hoc ipsum sathagebat euelli q nolens ex radice tolerabat. At contra praui gaudent in his eorruptionis sue necessitatibus: quia nimirum eas ad vsum voluptatum retorquent. Cuz enim reficiendis cibo corporibus nature seruiunt: p dilectionem gule voluptatis inguluie distendunt. Cum tegendis membris vestimenta querunt nō solum que tegant: sed etiam que extollant expetunt: t contra torporem frigoris nō solum que per pinguedinem muniant: sed etiam que per mollicem delectant: non solum que per molliciem tactum mulceant sed etiam que per colorē oculos seducant. Necessitatis igitur causam in vsuz voluptatis vertere: quid est aliud q̄ calamitati sue squalorem miserie sociare? Pressa itaq̄ tempore aduersitatis ecclesia reminiscatur eorum et quorum merito talia sustinet t dicat: qui rodebant in solitudine squalentes calamitate t miseria. Calamitate scilicet non squalerent si inistis necessitatibus voluptatum miseriam nō superadderēt: quas videlicet necessitates et parentis primi culpa meruimus. Dū vero qui calamitati sue miseriam adiungunt: ex cruciatu pene ad augmenta prorumpunt culpe. Sed vtinam tales cum ad meli⁹ permutari despiciant: ita peruersa agerent: vt non ea etiam alio propinarent: vtinam illis mors sua sola sufficeret: t nō virulētis persuasionibus alienam etiam vitam necarent. Inuident enim alios esse q̄ non sunt volent alios adipisci quod perdunt. Nam si qua forte in aliorum actibus eroziri bona conspicint mor ea manu pestifere erpprobationis euellunt. Unde t sequitur.

Capitulum. 13.

draconis corpus squamis tegatur: ne eius
iaculatione vltus penetretur. Ita corpus
omne diaboli. i. multitudo reproborum cū
de iniquitate sua corripitur: qualibz velut
tergiuersationibus se excusare conatur: et
quasi quasdam defensionis squamas obij
cit: ne transfigi sagitta ultionis possit. Quis
quis enim dum corripitur peccatū suū ma
gis excusare appetit: q3 deflere: quasi squa
mis tegitur: dum a sanctis predicatoribus gla
dio verbi iaculatur. Squamas habet: ⁊ ie
circo ad eius preconia tendendi viaz vbi
sagitta non habet. Duricia enim carnali
repellitur: ne spiritalis ei gladius infigatur.
Carnali sapientia contra deum Saulus ob
durauerat: quādo cor eius nulla predicatio
nis euangelice sagitta penetrabat. Sz postq3
fortis celestis increpatione iaculatus: ⁊ su
perno respectu cecatus est: lumen quippe ve
ceperet amisit: ad ananiam veniens illu
minatur. In qua illuminatione q2 defensio
num suarum duricia caruit: bene de eo scr
ptum est. Ceciderunt quasi squame de ocu
lis eius. Carnalis videlicet tegumenti illuj
duricia prisserat: ⁊ iccirco radios veri lumi
nis non videbat. Sed postq3 superbe repug
nationes eius victe sunt: squame defensio
num eius ecciderunt: que quidem sub ana
nie manibus ab oculis ceciderūt corporis:
sz ante iam sub dñica increpatione eccide
runt ab oculis cordis. Cū enim alte iuuectio
nis iaculo confossus iaceret: humili iam et
penetrato corde requirebat dicēs. Dñe qd
me vis facere? Repulsis videlz squamis: ad
ad cordis viscera sagitta pucnerat:
qñ deposita elatione superbie cuz quē impu
gnauerat dñm confitens: ⁊ qd ageret nesci
ens requirebat. Intueri libet vbi est saulus
ille persecutor: vbi lupus rapax.

Capitulum. xli.

Ece in ouem tam dñus est
qui percunctatur pastoris
semitam quā sequatur. Et
notandum q3 cum diceret.
Quis es dñe? Non ei a do

mino respondetur. Ego sum vnigenitus pa
tris: ego principiū: ego verbū ante secula.
Q2 enim Saulus incarnatum dñm credere
contemnebat: ⁊ eius humanitatis infirma
desperauerat: de celo hoc q3 contempserat au
diuit. Ego sum Jesus Nazarenus quez tu
persequeris. Ac si diceret. Hoc a me audi de
superioribus: qs in me de inferioribus de
spicis: auctorem celi venisse desperas in
terrām: ex terra ergo homines cognosce de
celo: vt tanto in me amplius sacramenta in
firmitatis metuas: quanto ⁊ hec perducta i
celestibus ad excellentiam potestatis pro
bo. Prosternens igit̄ me nequaq̄ te astruo
q3 ante secula deus sum: sed illud a me au
dis quod de me credere dedignaris. Postq3
enim dixit Jesus: adhuc in corporee ter
rene inhabitationis subdidit: Nazarenus:
velut si apertius diceret. Humilitatis mee
infirma suscipe: ⁊ tue superbie squamas amit
te. Sciendum tamen est: q3 ille defensionis
squame quālis pene omne humanum ge
nus contegant: hypocrisi tamen specia
liter ⁊ callidiorum hominū mentes fingunt.
Ipsi etenim culpas suas tanto vehementius
confiteri refugiunt: quanto ⁊ studiosius vide
ri ab hominibus peccatores erubescunt. Cor
repta itaq; simulatio sanctitatis ⁊ malicia
occulta deprehensa: squamas obiecit defen
sionis: ⁊ veritatis gladium repulit. Unde be
ne per ysaiam contra iudeos dicitur. Ibi
cubauit lamia ⁊ inuenit sibi requiem: ubi ha
buit foueam ericius. Per lamiā quippe hy
pocrite: per ericium vo malicios quosq; qui
diuersis se defensionib⁹ contegunt designā
tur. Lamia etenim humanam habere dicit
faciem: sed corpus bestiale: sic ⁊ omnes hy
pocrite in prima facie qs ostendunt: quasi
ex ratione sanctitatis est: sed bestiale ē cor
pus qs sequitur: q; valde inuti sunt que sub
dont spē moliunt. Ericij aūt nomine mali
ciosarū mentium defensio designat: q; vide
licet ericius cū apprehenditur cius ⁊ caput
cernitur: ⁊ pedes vident: ⁊ corpus oē con
spicitur: sed mox vt apprehensus fuerit: se
metipm in speram colligit: pedes introrsus
subtrahit: caput abscondit: ⁊ intra tenuitis
mamq totum simul amittitur: qs totū simul
ante videbatur. Sic namirum sic malicios
mentes sunt: cum in suis excessibus cōpre
henduntur. Caput enim ericij cernitur: q3 q

initis peccatis ad culpam accesserat videt:
pedes ericij conspiciuntur: q3 quibus vel
gressibus negocia sit perpetrata cognoscitur: ⁊ ra
mien addactio repente emulationibus mali
ciosa mens introrsus pedes colligit: q; cum
ea iniquitatis sue vestigia abscondat. Ca
put habebit: q; mirio defensionibus nec i
choate se prauum aliquod offendat: ⁊ qua
si spera in manu tenetur remanet: q; in qui
corripit cuncta que iam cognouerat subito
amittens: imo intus intra conscientiā pec
catorem tenet: ⁊ q totū iam deprehendo
viderat: tergiuersatione prave defensionis
illusus totum penitus ignorat. Fertur ergo
ericius in reprobis habere: q; multiplex mā
sele intra se colligens: in tenebras defensio
nis abscondit. Sed in hoc se peccator exco
sat: in qs coligatis defensionib⁹ suum in se
oculum corripientis obnubilat: pannus no
bis sermo etiam quō a similibus iudicatur
ostendit. Sequitur.

Capitulum. xlij.

Ua vni coniungitur et ne
spiraculū quidem incedit p
eas. Qui squame precedūt
ut ob ore predicantiū ali
quo vite spiraculo penetre
tur: ⁊ obdurate sunt ⁊ con
iungere. Quos enim similia
creatus sociat: eōrū dū pertinacia etiam de
fensio peruersa conspirat: vt de facierib⁹
suis alterna se inuicem defensione tegāt.
Qui enim qui q3 monitus: dū admoneri vel
corrigi alterum cernit: recepto contrō cor
pit iam verba vnanimiter allargit: q; se
in altero protegit. Bene ergo dicatur. Una
vni coniungitur: ⁊ ne spiraculum quidem in
cedit per eas: q; inquinatibus suis dum vi
ciis superba se defensione protegunt: sen
tē exhortationis spiracula ad se nullatenus
intrare permittunt. Quorum pellibus con
cordiam adhuc apertius subdidit dicens.
Una alteri adherebit: ⁊ tenentes se neqa
q3 separabunt. Qui enim dum corrigi po
terant in unquitatum suarū pertinacia vni
ti perdurant: ⁊ tanto magis quotidie a cogni
tione iustitie separabuntur: quanto a
se inuicem nulla increpatione separantur.
Ut sicut esse nouū soleat: vitia velut bo
nitia pernitiosum est: si non dñi mise
ricordia pertinacibus corripientibus tem
Peruersos ergo vsus corripientes tem

Eccl. 21 Nad. 1.

concordat: t eloquentia ineorrigibiles: quan to vnanimes facit. De hac vnitate reprobo rum per Salomonē dicitur. Stuppa collecta synagoga peccantiū. De hac Naum pphēta ait. Sicut spine inuicem se complectuntur: sic conuiuium corū pariter potantium. Continuus nāq; reproborum est delectatio temporalium voluptatum. In quo numirum conuiuio pariter potant: qui delectationis sue illecebris se proximis debent. Igitur quia membra leuiathan istius. i. omnes quos dei sermo squamarum compactionibus comparat: ad desensionem suam per culpa concordat: bene dicit. Una alteri adherebunt: t tenentem se nequaq; separabuntur. Tenentes enim se separari negant: quia eo ad desensionem suam vi ciffim constricti sunt: quo se sibi per omnia similes esse meminerūt. Descripto itaq; ei⁹ corpore ad caput sermo reducitur t quid semetipsum extreme persecutionis tēpore antiquus hostis exercerat nunciatur. Nam sequitur.

Capitulum. 34.

Ternutatio eius splendor ignis. ¶ Qd melius exponimus: si primo sternutatio quō agatur ideagem⁹. In sternutatione qppe inflatio a pectore erurgit q̄ cum aptos ad emanandū poros non inuenit cerebrum tangit t cōgesta per nares eriens: totum caput protinus concutit. In hoc itaq; leuiathan corpore. i. huic in malignis spiritibus: seu in reprobis hominibus qui illi per similitudinem iniquitatis inhesernt: quasi inflatio surgit a pectore: tum elatio se erigit ex presentis seculi potestate. Que quasi ad emanandū poros non inuenit: q: in hoc qd contra iustos exsultatur: disponente deo quantū appetit prevalere phibetur. Erurgens siquidem cerebrū tangit t concutit quia collecta elatio sathane sensum in fine mūdi arctius percutit: et caput turbat: dum ipsum auctorem malignorum spirituum: per eum qui antichristus dicitur in presentibus fidelium vehementius excitat. Tunc congesta inflatio per eius nares egreditur: q: tota superbie eius iniquitas aptis malicie statib⁹ demōstrat. Q: ergo sternutatio caput macie ēcutit: leuiathan illius sternutatio vocat illa eius extrema cōmotio q̄ vānatum hominē ingreditur: t p eius reprobos precipat. Qui tāta tunc furie se cōmouet: vt mēbra sui si pōt fieri etiā electa perturbet: tantis signis pdigijs vtitur: vt mirabilium potentia quasi quedā ignis lumine resplendere videatur. Q: ergo cōmotus caput illius musculis clarescere nititur: recte eius sternutatio splendor ignis vocat. In eo ergo qd se ad persequendos iustos cōmouet: ante reproborū oculos signorum virtutibus lucet. Et q: eius tyrānidi sapientes mundi adherent: eorūq; consilijs omne qd prauū molit exercet: recte subiungitur.

Capitulum. 35.

Et oculi eius vt palpebre diluculi. ¶ Per oculos quippe qui inherētes capiti vtilitati visionis inseruiūt: nō immerito eius consiliarij designant: qui suis pueris machinationibus aliter agenda sunt prudent: malignis eius operibus quasi ostensum pedibus iter prebent. Qui recte palpebris diluculi comparant. Palpebras nāq; diluculi extremas noctis horas accipimus: in quibus quasi nox oculos aperit dum venture lucis iam instia ostendit. Prudētes igitur seculi malicie antichristi peruersis consiliis inherentes: quasi palpebre sunt diluculi q: fides quā in Xpo inuenunt: quasi erroris noctes asserunt: t venerationem antichristi verus esse mane pollicentur. Spondent enim se tenebras repelliere t future lucem signis dare scientibus nunciare: q: nec psuadere q̄ volunt possunt nisi exhibere se meliora fateantur. Qui hic ipse coluber in paradiso primis hominibus loquens in eo qd se melius aliqd prudet simulauit: quasi diluculi palpebras aperit: qui in inocentibus mētibus humanitatis iguorantiā reppendit: t sciam diuinitatis promisit. Quasi ignorātie enim tenebras repellebat: t eterne scie diuinū mane nūciabat dicens. Aperientur oculi vestri: t eritis sicut dij scientes bonū t malū. Ita in illo tūc dānato homine veniens: eius oculi palpebras diluculi cōparant: q: sapientes illius simplicitatē vere fidei q̄si trāsacte noctis tenebras respuunt: t eius signa mēdacia quasi erurgentis solis radios ostendūt. Q: q: leuiathan iste nō solū hz oculos q malignis cōsiliis p

uersa prudeant: sed os quoq; ad puerilitates mētes hominū aperit: t qm p predicatores prauos ad diligendā erroris fallaciam auditorū corda succendit: apte subiungit.

((De ore eius lāpades procedunt.)) Qui enī prudēt oculi: q aūt predicant: os vocant. Si de hoc ore lampades exeunt: q: mentes audientiū ad amorē pfidie accendūt: t vnde quasi p sapientiā lucent: inde pculdubio p negotiam cōcremantur. Sed qualis ipsa sapientie eorum lux sit ostenditur: cum protinus subinfertur.

Capitulum. 36.

Sicut tede ignis accense.)) Ecce iam hypocrisis eorū aperte describitur: quorum predicatio redacta lampadib⁹ comparat. Teda enī eū accendit: odore quidem suaues hz: sed lumen obscurū. Ita isti predicatores antichristi: q: sanctitatis sibi spem arrogāt sed tñ opa iniquitatis exercent: ānā blandā quidem est qd redolent: sed nigrum qd lucent. Olent enim p simulationē iustitie: sz obscure ardent per negocie ppetrationē. Quorum simulatiōis maiorā Joānes in apocalypsi bestiā descriptōe cōprehendit dicens. Vidi aliam bestiā ascendēte de terra habētē duo cornua similia agni: t loquebat vt draco. Priore qppe bestiā. i. antichristū superiore descriptōe narrauerat post quē hec alia bestia ascendisse dicitur: q: post eū multitudo predicatorū illius ex terrena prāte gloriatur. De terra qppe ascendere est de terrena gloria superbire. Que hz duo cornua agni similia: q: p hypocrisim sanctitatis eā quā i se facitēr vīs habuit singularē sibi inesse t sapientiā mentē t vitā. Sz q: sub agni specie auditorib⁹ reprobis serpentinū virus ifundit: recte illic subdit. ((Et loquebat vt draco.)) Ista ergo bestia. i. predicantiū multitudo si apte vt draco loqueretur: agno similis nō appareret: sz assumit agni spēm: vt draconis exercear operationē. Q: hic virtūs p tedarū lampades exprimit: q: t obscure ardent p effectā malicie t quasi suaue redolent p simulationē vite. Sz nequaq; estimā dū est: qd tūc solum antichristi predicatores apparebunt: t nūc ab humanis deceptionibus desunt. Modo nāq; priusq; per semetipsos apparcat: nōnulli illum vocibus: pleriq; aūt moribus predicant. Tm predicatores simulationis illius nō sunt: q eū sacros dei ordines obtinent: fugientes rotis desiderijs mundā tenent: q virtutes esse ostendunt q̄ faciunt: sed vitiū est oē qd agunt.

Capitulum. 37.

Ed electorum mens quāto magis lucis eterne luci inhereat: tanto subtilius quō virtutes a vitijs discernere debeat videt. Quid aūt mirum est hoc nos spiritualiter agere: qd quotidie corporaliter eernim⁹ adulatores impiere. Qui eū minima percipiunt: prius qualitatē illius: post figurā: ad extremū eo pondus examinant: ne aut sub auri specie es lateat: aut hoc qd veraciter aurū est: monete reprobe figura deformet: aut qd t aurum: t recte figure est: hoc non integrū pondus leuiget. Cū igit mira ignorātia hominū facta cōspicimus: residere ad mētis nostre trutinā solertes quasi numismatū debem⁹: vt pri⁹ defectio aurū examinet: ne sub vtute se vitiū occultet: t qd prauā intentione agitur: recti vsione palliet. Cui⁹ si intentionis qualitas appetebat: impresse mor formule figura quereda est. si a probatis monetarijs. i. ab antiquis patrib⁹ discat: t ab eor vite similitudine nullo errore vastetur. Cum vo t per intentionē qualitas t recta per exēpla figura cognoscit: restat vt integrū eius pondus exquirat. Bonū quippe qd per signa t miracula coruscat: si perfectionis summā nō habet: pensari solicite p cautelā discretionis debet: ne dū imperfecta res quasi pro perfecta accipitur: in decipientis dānū vertatur. Predicatores itaq; antichristi quō veram numismatis qualitatē teneāt qui in his que agunt intentionis recte vim nesciunt: q: per hec non celestem patriam: sed culmen glorie temporalis exquirunt? Quō a monete figura non discrepant: qui ab omni pietate iustorum iustos persequendo discordant: quomodo in se integritatis pondus ostendunt: qui non solum humilitatis perfectionem nequaq; assecuti sunt: sz nec ipsam primā eius iānuam contigerūt. Vnde ergo electi cognoscant: qd eorum signa despiciant: quorū profecto actio omne qd a pijs patribus gestum memoratur ipsum qd a pijs patribus gestum memoratur ipsum impugnat. Sz ipsi quoq; electi dū tot signa contra

spiciunt: dum cōtemnentes virtutem tanta eius miracula perhorrescunt: quoddam dubietatis nubilum in corde patiuntur: qz dum pfidia illius malicia se celat: in ipsis se aliquatenus visus certior caligat. Unde recte subiungitur. ¶ De naribus eius fumus procedit. ¶ Oculorū quippe acies fumo suffocatur Fumus ergo de eius naribus procedere dr: qz de miraculorū eius indicijs ad mentem caligosa dubietas et in electorum corde generatur. De leuiathan naribus fumus egredi dr qz ex eius pfidijs mendacibus et bonarum mentiū oculos trepidatōis caligo confundit. Tunc nāq; in electorum cordibus conspectis terribilibus ignis: obscura cogitatio cōglobatur. Unde hoc quod iam superius memoriter diximus: veritatis ore per euangelium dr: Surgēt pseudo xpi: et pseudo pphete: et dabunt signa magna et pdigia ita vt in errorē inducantur: si fieri potest et electi. Que in re valde querendum est: quomodo aut hi qui electi sunt inducti in errorē possunt: aut cur si fieri pōt quasi ex dubietate subditur: ens qd fiendum sit dño ois prescius prestolat Sed qz electorum cor et trepida cogitatiōe concutitur: et tamē cor constantia non motum: vna hac sententia dño veraciter cōpicuus ē dicendo: ita vt in errorem inducantur si fieri potest et electi. Quasi enim iam errare ē: in cogitatiōe titubare: sed primus si fieri potest subiūgitur: qz pculdubio fieri non pōt vt in errore pene electi capiantur. Dū aūt in hac fumi caligine ipse et animo feruor exprimitur: cū primus subinfertur. Sicut olle succense atq; feruentes. Olle enim olla feruens ē: vna quecq; tunc alia cogitationū suarū impetus quasi spumas ardentis vindictē sustinens: quas et ignis zeli cōmouet: et ipsa tpalis oppressio more olle succense intrinseus clausus tenet. Unde quoq; Joānes cū huius bestie signa narrasset adiunxit. Ira vt igne faciat de celo descendere. Igne quippe de celo descēdere ē: de celestib⁹ electorū animis sceti zeli flāmas emanare.

Capitulum. 38.

War. 31

Isa. 14.

QUia no leuiathan iste alias nō solū serpens sed etiā regulus dr: p eo qd insidijs spiritib⁹ vel reprobis hoībus pcipatur: sicut Isaias ait: De radice colubri egredietur regulus: Inspiciendū nobis est quomō pene est qualiter regulus permat: vt ex operatōe reguli huius nobis malicia apertius innotescat. Regulus nāq; nō morsu primit: sed flatu consumit. Sepe quoq; acre flatu afficit: et quicquid vel positū longe ptigerit: solarium ispiratione tabescit. Dic ergo pēsare cōpellimur: p hoc quod de naribus eius fumus procedere dicitur et pfusq; apertus apparet qd quotidie i humanis cordib⁹ fumo pestifere exalatōis operatur. Qz enim sicut et superius diximus fumo oculos acies infirmatur non imerito de eius naribus fumus procedere asseritur: cuius nocīa in spiritalibus pauca in humanis cordib⁹ cogitatio nascitur: per quam acies mētis obtunditur: ne lux interna videatur. Quasi enim flatu nebulam caliginem emittit: quia in reprobōrum cordibus insidiarum suarum aspirationibus et amore vite temporalis estum congerit multiplicium cogitationum: et velut fumi globos multiplicat: quia inanissimas presentis vite curas i terrenorum hominum mente coacervat. Iste fumus et eius naribus prodiens: aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit. Dunc nāq; intrinseus fumus patiebatur propheta cum dicit: Turbatus est pre ira oculus meus. Dumus inundatione premebatur dicens: Cor meum conturbatum est in me: et lumen oculorum meorum non est mecum. Fumus quippe iste obtundit acrem cordis: quia caliginis sue nubilo serenitatem intime turbat quietis. Cognosci vero nisi tranquillo corde non potest deus. Unde per eundem propheram rursus dicitur: Vacate et videte quoniam ego sum deus. Vacare autez mens non potest que humano fumi inundationibus premitur quia i ea terrenarum cogitationum volumina ex presentis vite amore glomerantur. Lumē ergo quietis eterne hoc fumo amittitur: quia curarum pruriginē cordis oculus dū confunditur tenebratur: sed fumus aliter iste electorum animos turbat: aliter reprobōrum oculos excecat. Ut bonorum quippe oculis spiritalium desideriorum flatu respergitur: ne prevalente misera cogitatione deficiat. In pravorum vero mentibus quo se licentius per terrenas cogitationes colligit: eo ab eis funditus veritatis lumen tollit. Fumus iste reprobōrum cordibus quos illicita desideria ingerit: quasi p tot ante illos globos intumescit.

Capitulum. 39.

Ps. 87

Pſ. 40

Expositionis. S. Greg. Liber xxxiij.

TErte fumi globos nequimus: qz cū alij superi⁹ iacere sciunt: alij siccius surgant: si erit et in cogitatōne carnali et si alia prauitatis desideria transcūt: alia succedūt. Sepe aūt mens misera quod iaz transierit videt: sed vbi adhuc retineatur non videri gaudet de qbusdam vicijs qz eis subiecta iam nō sit et precauere ac gemere negligit: qz eorū vice successerunt alia: qb⁹ fortasse negligentibus succūbit: sicq; fit vt dum alia vicia trānscunt: et semper alia succedunt: ab hoc serpente cor reprobōz fine intermissione teneatur. Unde bene per Johel prophetam dr. Residuum eruce comedit locusta: et residuum bruchi comedit rubigo. Exprimimini ebrij et flete. Quid enim per erucā que toto corpore i terra repit: nisi luxuria designatur: q̄ cor quod tenet ira polluit: vt i supiorib⁹ mūdicie surgere amorez non possit. Quid per locustam que saltib⁹ euolat: nisi inanis gloria exprimitur: que se vanis presumptionibus exaltat. Quid per bruchū cui⁹ pene totum corpus in ventre colligitur: nisi edendi iglunies figuratur: Quid per rubiginez q̄ dum tangitur iccendit: nisi ira fruitur: Residuum ergo eruce locusta comedit: qz sepe cū luxurie vicium a mente recesserit: inanis gloria succedit. Nam qz iam per amorem cārnis nō seruitur: quasi sanctam se ex castitate gloriatur. Et residuū locuste bruchi comedit: qz sepe cum inani gloria que quasi ex sanctitate venebat resistitur: et ventri vel qbuslibet ambitiosis desideriis immoderatius indulcetur. ¶ Deus ens dei nescia tā atrocius ad quelibet ambitum ducitur: quanto nullo vel humane laudis amore refrenatur. Residuū bruchi rubigo consumit qz sepe dum ventris iglunies per abstinentiam restringitur: ire impatientia acrius dilatatur: que more rubiginis quasi eruēdo messem comedit: qz virtutū fructus impatientie flāma tabescit. Cum ergo vicia vicijs succedunt: agrum mentis alia pestis deuorat: dum alia relinquit. Bene aūt illic subdit.

Capitulum. 40.

Joel. 1

XPergite mimi ebrij et flete Ebrij quippe vocati sunt: q mundi hui⁹ amore confossi mala nō sentiūt que patiuntur. Quid ē ergo vt cere expergiscamini ebrij et flete: nisi somnū vestre insensibilitatis et culte: et in vastatōe cordis tot sibi succedentibus vicijs pestibus vigilantib⁹ lamentis obuia. Per tot igitur globos de leuiathan naribus fumus surgit: per quot numerū pestifer frugem cordis reprobi occulta aspiratione consumit. Cui⁹ adhuc fumi vim solicite dño opprimit: cū dicit subiungit: Sicut olle succense atq; feruentes. Olla enim succensa dr: cuz mens humana maligni hostis suasionibus inflagratur. Olla autem feruet cum iam et per consensum in desiderijs prave persuasionis accendit: et tot vndas quasi feruēdo pfert per quot se negotijs vsq; ad exteriora opera extendit. Dūc nāq; carnalis conscientia olle feruorem: ex leuiathan fumo feruentem pphera pspexerat cum dicebat: Oliam succensam ego video et faciē eius a facie aglonis. Ab aglonis nāq; facie humani cordis olla succenditur: dū ibi gratiane aduersarij spūs illecebre desiderijs inflāmatur. Ille nāq; q dr: Sedebo i monte testamenti in lateribus aglonis: sedebo in monte super astra exaltabo solū meum similis ero altissimo: mentē quoq; semel cepit malignus persuasione sue flamb⁹ quasi suppositis ignib⁹ accendit: quatenus⁹ non contēpta presentibus indefinenter per desideria struet vt alia contēnēda appetat: alia adepta contemnat: vt modo suis compendijs inhiet: modo alienis cōmodis et cum proximo detrimento contradicat: modo carnis illecebris satisfaciat: modo quasi in quodā culmine per cogitatōis superbiam rupta: carnali cura postposita totam se i typo elationis attollat. Qz ergo tot per varia desideria dilaceratur quot illigationib⁹ leuiathan illius inflammatur recte fumus eius succensam se et feruentem olle similis esse perhibetur: qa per tot se feruores afflata cū pēpranōibus pscientia erigit: per quot intra se cogitationibus tumescit. Quod ibis alēs adhuc veritas apertius exprimit dū subiungit: ¶ Dalimus ei⁹ prunas ardere facit. ¶ Quid

Isa. 14

Ps. 4

Ps. 47

B

enim prunas: nisi succensas in terrenis concupiscentijs reprobos hoium mētes appellat: Ardent eni cū quodlibet tēporale appetunt: q; numerā vrunt desideria: que getum ac integrum eē animū nō permittunt Totiens igit leviathan alitus prunas accendit: quotiēs ei⁹ occulta suggestio humanas menres ad delectatōes illicitas getrahit. Alias nāq; superbie: alias invidie: alias luxurie: alias auaricie: facib⁹ inflammat Superbie gppe facem menti cui supposuit: cum hanc ad prēmēda verba dūce iustionis instigauit. Invidie quoq; flamma charn animū succēdit: cum de accepto fratris sacrificio doluit: t per hoc vsq; ad fratricidū facinus peruenit. Luxurie facibus cor Salomonis crussit: quem tanto mulieribus amore subdidit: vt vsq; ad idolorum veneratione deductus: dum carnis delectationem sequeretur: conditoris reuerentie obliuisceretur. Auaricie quoq; igne achab animū concremauit: cū cum ad appetēdā alienam vineā impatientibus desideriis impulit: t per hoc vsq; ad reatum homicidij traxit. Tanto igitur leviathan iste halitu in prunas flat: quāto animā suggestionis hoc externe humanas mētes ad illicita inflāmat Unde t dī mox subditur.

Capitulum. 41.

Flāma de ore ei⁹ egreditur. Flāma gppe oris ei⁹ est ipsa istigatio occulte iocatōis. Prope eni suasionis verba ad vniuscuiusq; animū facit: sed flāma est que de ei⁹ ore egreditur: q; ardet i desideriis anim⁹ cū eius suggestionib⁹ instigatur. Hec quotidie suggerit. hec vsq; ad presentis vite terminū suggerere nō desistit. si tūc se negus dilatat: cum per illum tēnatū homine veniens in hui⁹ mundi se gloria apertius ostendit. Tunc ab eius naribus vastior fumus procedit: q; humana corda fignos ei⁹ admirationib⁹ territa ampliori istigatio peruit. Tūc eius halit⁹ vehementi⁹ prunas ardere facit: q; reprobor mentes quas iā calentes amore glorie t cupidis inuenerit suggestionis sue flatib⁹ vsq; ad negtiam ex crescende crudelitatis incendit. Tunc de ore ei⁹ flāma egreditur: q; gegd p se: gegd per dicatores ei⁹ logtur ignis ē quo infructuosa ligna peremantur: igne aūt terrene concupiscentie cor mens tangitur: q nequaq; fieri pciosa metalla concupiscunt. Qui ergo oris nō vult flāma affici: aurea doctoris veri sniam: non ligneā: feneā: stipulam: si aurum argentū t pciosus lapis, curet inuenire: q; tanto iguis suasionis illi⁹ amplius ē accendit quanto se ei ad pscrutandū molliorem gsq; prebuerit. Sed q; nulla rōne corrigitur: vt mens i hac corruptili carne posita nequaq; suasionis illius ardore tāgat: restat vt malignus flatib⁹ acusta ad oronis opem se sine cessatōe conuertat flāmaq; ppe suggestionem illius extinguit eius vida lachrymarum.

Sancti Gregorij. Liber. 34.

Capitulum primū.

Via et hoc mundo corpus gerim⁹ vnuersitatis terminus ex ea qua nos sum⁹ pte pensemus. Litus ppe qualis sit mundi finis agnoscam⁹: si solicite aspicim⁹: hoc quod de mundo gestam⁹. Et tas eteni nostra per iuueniles annos robustior viget: in senia aūt tēpore, crebr⁹ cescentibus morbis excoquitur: t dum diutius duxē ditur: vt subsistat moriēdi vice quotidie deficit p momēta vinēdi. Ita et mundi tempus dū venientib⁹ annis augetur: crebr⁹ cescentibus malis afficitur: t vnde augmentum etatis capit: inde salutis dispendium sentit. Tribulatōes nāq; illi cū tempor⁹ crescunt t eo detrimenta vite, debilior tolerat quo quasi ad viam pfectio⁹ durat. Totis enim contra illum hostis antiquus viribus soluitur: q quāuis iā nūc iterfit: p eo q superne pdītōis beatitudinē amisit: tunc tamen plen⁹ extinguit qū a tēptandi licētia astractus eternis iendīs religatur. Dū et extrema mūdi atrocius tēptatur⁹ aggredit: q; tanto sit feruentior ad seuiciā: quāto se vicinior sentit ad penam. Cōsiderat gppe q; iusta sit vt licentiaq; negligime libertatis amittat: t quātū breuitate tpis angustat: tantū multiplicitate crudelitatis expandit: sicut de illo voce angelica ad Joannem dī: Ve terre t mari q; descendit diabolus ad vos habens irā magnā sciens q; modi

cū tēpus hz. Tunc ergo in magne ire furorem se dilatat: ne q in beatitudine stare nō potuit: in damnatōis sue foueam cuz pauore ruat. Tunc gegd negter valuerit callidius erquirit: tunc cerucē superbie alter⁹ erigit: t per damnatū illū quem gestat holem dit. Unde t diuina voce recte nunc dī: In collo eius morabitur fortitudo. Quid enim collo leuia: han istius: nisi elatōis ostentio designatur: qua contra deū se erigens cum simulatōe sanctitatis et tumore potestatis extollitur. Qz enim per colli superbia exprimitur: Isaias ppheta testatur: q hierusalē filias redarguit dicens: Et mbulauerunt extento collo. In collo ergo leviathan tūr⁹ fortitudo demorari dr: q; elationi illius etiam subiuncta potentia suffragatur. Hā gegd tunc superbe extollitur gegd collide machinatur: et cum virtute potentie secularis erigitur. Quod Daniel ppheta iuens ait: Dolus in manu ei⁹ dirigetur. Dolus qppe in manu est fraus i virtute: q; oē quod negter volet: hoc ad tempus eregi etiaz fortiter potest. Dolus ho eius dirigi dr: quia fraudis eius malicia nulla difficultate prepeditur. Hoc enim leviathan iste vel vasa eius habere erebro ppium solent q; ad ingratis sue cumulū ea que negter appetūt explere negus possunt. Nam cū fortasse confirmantur electi atq; i desideriis illicitis runt: hoc plerūq; diuini muneris manu retinētur q; voluntatis misere nullos effect⁹ sortiuntur: cūq; cor⁹ vocis valida contrarietas nascatur plerūq; ex ipsa impossibilitate corrigūtur: t miro interne dispōnis ordine p uersionē mutatio male voluntatis sequitur: dū per infirmitatē perfectio denegat. Hic est eni q; sub specie vnitatis aie dissimilitudinem inducit: atq; in pravis itineribus gradiente per ppheraz vīs dicit: Ecce ego sepiā viam tuā spinis: t sepiam eā macerias: t semitas suas non inueniet: t sequetur amatores suos t non apprehendet eos: et quaret eos t nō inuenies dicet: Vadam t reuertar ad virū meū priorem q; mihi bū erat tunc magis q; nūc. Spinis eni electorum vie sepitur: dū voloz⁹ pmetōis inuenimus i hoc quod tempaliter concupiscimus Quasi interposita macerie vīs cor⁹ obuiat amatorum numerum desidera perfectōis dilectas ipugnat. Bonum profecto die amatores suos querunt t non inueniunt dum se quendo malignos spūs: nequaq; eas quas appetunt huius seculi voluptates apprehendunt. Dū aūt subditur: q; et ipsa difficultate mor dicat: Vadam t reuertar ad virū meū priorē q; melius mihi erat tunc: magis q; nunc. Prior gppe vir pius ē: q; casta sibi ama sancti spūs interposito amore cōiunxit. Quem tūc mens vnuscuiusq; desiderat: cum multiplices amaritudines velut quasdam spinas inuenit: i his delectationibus quas temporaliter concupiscit. Hā dū aduersitatibus mūdi que diligit anima morderi cepit: tunc plen⁹ intelligit: quanto illi cū priore viro melius fuit. Eos ergo quos voluptas prava peruertit: plerūq; aduersitas corrigit. Unde t nimis timendus est: ne sequantur p spera cū desiderant iniusta: q; difficilius malum corrigatur quod pfectionis etiam prosperitate fouetur. Le viathā itaq; iste q; cū mēbris suis eternis ē cruciatibus deputar⁹ t dolus in manu ei⁹ dirigitur: t i collo eius fortitudo demorat: q; hoc ē qd tpaliter contra bonos pacifica voluntate desiderat: et puerioze facultate pfumat: vt tanto ei de adaduersitate in pcipi nil obsistat: quāto ei i posteritate de prosperitate nihil remaneat. Et q; tos q; peruersis moribus amicitijs ei⁹ innotescat: prius vas mentis diuitias amittit: apte subiungitur.

Capitulum. 2.

Et facies ei⁹ precedit egestas. Per facie qppe solet notitia designari. Ctū scriptū ē: Et facies mea preedet te. i. noticia vocatū pbebit. Secundū est ho q; egestas i sacro eloquio aliter electorum ponitur: atq; aliter reproborum. Egestas nāq; electoz ē cum vere diuitie ex celsis patrie ad cor⁹ animā redeūt: t in hoc crūnoso pūtis vite exilio posita: pauper se ee meminerūt. Illas qppe diuitias sine ex satōe suspirāt: de quibus Paulus dicit: Et sciatis que sit spes vocationis eius et que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis. Et q; adhuc eas nequaq; conspiciūt studios: miseri in crūna illius paupertate pcrepant. Hāc paulo dubio pauperē dicebant: Ego vir videns eas inspere: eam dicebat: Ego vir videns paupertatem meam: in virga indignatio

nis eius. Virga enim indignatōis dei ē percussio destructōis. Quam indignatione tūc homo pertulit cum ex paradiso pulsus veras ierni gaudij vanitas amisit: q; cicera q; necessanter conspiciant q; in prīis vite penurtam ab illa potestatis igenite facultate ecciderant bene dī: Ego vir videns paupertatem meam. Quisqs enī adhuc visibilia appetit peregrinatōis sue malum non intelligit: t hoc ipsum quod patitur videre nescit. Hanc paupertatē Dauid pphera ituens ait: Infirmata est i paupertate virtꝰ mea. In paupertate etenī virtus infirmari dī: q; lapsus in hac peregrinatōe animꝰ t corruptōis sue molestijs reuerberatꝰ hoc quod pdidit pspicari pspedit. Sed hanc paupertatē reprobi considerare nescīūt: q; dū sequuntur ea que conspicūt: cogitare invisibilia negligunt que perdidērūt. Unde t egestas eorum pprie dī: q; dum replentur. vicijs: virtutum diuitijs vacuantur. Quibus sepe cuenit vt per elatiōis dementiam sublevati: pā nequaqꝫ ruine sue dāna considerant cē se etiam a bonis actibꝰ inopes nō cognoscant. Unde voce angelica predicatori laodicie dī: Dicis q; diues sum t locupletatus: t nullius egeo: t nescis q; tu es miser: t miserabilis t pauper: t cecꝰ t nudus. Quasi diuitem se asserit q; per arrogantiam sanctitatis extollitur: sed pauperem cecumq; t nudum arguitur. Pauper ꝙ q; virtutū diuitias non hꝫ: cecus: q; nec paupertatem quā patitur videt: nudus: q; primaz stolam pdidit: sed peius: q; nec se perdidisse cognoscit. Q; ergo vt dixim⁹ egestas reprobꝰ ē defraudatio meritoꝝ: recte de leuiathan dī: faciem eius precedit egestas. Nemo quippe cognitōi eiꝰ iungitur: nisi prīus virtutū diuitijs denudetur. Prius enī bonas agnitōes subtrahit: t tunc eius aptiorem noticiā sue inigratis ifundit. Egestas ergo facie illius precedere dī: q; prīs facultas virtutum perditur: vt quasi p familiaritatem postmodū eiꝰ noticia cognoscatur. Uel certe q; multis ita fraudulēter surrepit: vt ab eis deprehendi nequaqꝫ possit vt sic virtutes eoꝝ enecuat: quatenꝰ astucie sue maliciam non ostendat: faciem eius egestas precedere perhibetur: ac si apte diceret: q; cuꝫ insidians temptat: prīusqꝫ videatur expoliat. Dicit enī quod de effraym per pphetam dī: Comederunt alieni robur eius et ipse ignorauit. Alieni quippe intelligi apostate angeli solent: q; robur comedunt: cuꝫ virtutem mentis peruertendo ptumunt. Quē effraym pertulit t nescīuit: q; in tēptatiōe malignorum spūum t robur animē perdidit: t hoc ipsum q; perdiderit nō intellexit. Leuiathan ergo faciem egestas antecedit: q; negligentium mētes ante temptando expoliat quam eius insidias is q; temptatur agnoscat. Per hoc ergo quod dictum est: i collo eius morabitur fortitudo: virtus violentie ostenditur. Per hoc ꝙ subdītur: t faciem eius precedit egestas: fraudis subtilitas designatur. Quānis de eo q; eꝫ facie egestatem preire cognoscimus suppetit aliud: quod tamē tristius exponamus. Terribili quippe ordie dispēnis occulte: prīusqꝫ leuiathan iste in illo damnato homine quem assumit apparet: a sancta ecclesia virtutū signa subtrahuntur: nam pphetia absconditur: curationum gratia auferetur: p̄lationis abstinētie virtus immutatur: doctrine verba contriscescunt: miraculorum prodigia tolluntur. Que qdem nequaqꝫ superna dispensatio funditus subtrahit: sed nō hec sicut prioribus temporibꝰ aperte ac multipliciter ostendit. Quod tamē mira dispensatiōe agitur: vt vna ex re diuina simul pietas t iustitia complicatur. Dum enim subtractis signoꝝ virtutibꝰ sancta ecclesia velut abiectior appareat: t bonoꝝ premiū crescit: qui illa p spē celestium: nō ppter p̄sentia signa venerantur: t malorum mens cōtra illam eius ostenditur: q; sequi que promittit inuisibilia negligunt: dum signis visibilibus nō tenentur. Dum igitur humilitas fidelium oīum multitudine t manifestatione signorum quasi destituitur terribili occulte dispositiōis examine inde bonis misericordia largitur vnde malis iusta ira cumuletur. Quia ergo leuiathan iste prius q; manifestus t conspicuus veniat ex magna parte in sancta ecclesia signa virtutum cessant: recte nunc dī: Facie eius precedit egestas. Ante enim a fidelibus miraculorum diuitie subtrahuntur: t tunc cōtra eos antiquus ille hostis per apta prodigia ostēditur: vt quos ꝑ signa extollit eo a fidelibus sine signis robustius laudabiliusq; vincatur: quānis etiaz fidelibꝰ in certamine

signa non deerunt: sed tanta erunt dīuine vt nostrop aut pauca aut nulla videantur. Quorum nimirū virtus omnibus signis fit potior: cum omne qđ ab illo terribiliter fieri cōspicit: per interne constantie calcem pmit. Sed malignus hostis tanto ptra eos acrio ri immanitate se exhibet: quanto se despici etiam elarescentibus miraculis dolet. Totum ergo se in eorum interitum colligit: ancīpitesq; reprobos in necem fidelium vnanimi crudelitate coniungit: vt seuiciam suaz tanto robustius exerceat: quanto t in eis que peruerse agere appetit: nulla sibi sui corporis membra discordant. Unde t recte dī. Membra carnū eius cohērentia sibi. Carnis vero leuiathan istius sunt omnes reprobi: qui ad intellectuz spiritualis patrie per desiderium non assurgunt. Membra vero sunt carnium: hi qui eisdem peruerse agentibus t sese ad iniquitatem precedentibus iunguntur: sicut econtra per Paulum dominico corpori dicit. Vos estis corpus christi: t mēbra de mēbro. Aliud quippe ē membrum corporis aliud mēbrū membri. Membrum quippe corporis pars ad totū: membrū vero membri est particula ad partem. Membrū nāq; mēbri est dignitas ad manus ad brachiū: membrū vero corporis totum hoc simul ad corpus vniuersum. Sicut ergo in spirituali dīco corpore membra de mēbro dicimus eos qui in eius ecclesia ab alijs regantur: ita in illa leuiathan istius reproba congregatione membra sunt carnium: qui iniquo ope quibusdaz se nequioribus iungunt. Sed q; hostis malignus sibi in puerso opere a prīis vsqꝫ ad extrema cōcordat diuinus sermo in eo membra carnium sibimet cohērentia memorat. Sic nāq; peruersa vnanimiter sentiūt: vt nulla cōtra se vicissim disputatione dissideantur: nulla eos diuersitatis altercatio tūc scindit: t ideirco contra bonos vehementer prevalēt: q; in malo se concorditer tenent.

Capitulum. 3.

Sicut enim iam superiꝰ diximus vt perniciosum ē si virtus desit bonis ira permitiosius est si non desit malis. Reproborū quippe virtus bonorum viam tanto durius prepedit: quanto ei se per collectionem dariꝰ opponit. Hanc vnitatem reproborum perniciosam sibi Paulus conspexerat cum in medio saduccorum pharisceos deprehensus dicebat. De spe t resurrectione mortuorum ego iudicor. Cuius nimirum voce percussa ptinus cōtra se vicissim audientium turba dissilunt. Cumq; in duas partes tumultuantium multitudo diuidit Paulo via ereptionis aperitur: q; que turba persequentium vnita constringebat: diuisa laxabat. Eripiuntur ergo iusti: dum diuidūtur impii: t electorum votū ad perfectum veniunt: dum reprobꝰ agmina per discordiam cōfunduntur. Quod bene etiā maris rubri scissione signatur. Dum enim in duas partes vnda dividitur: ab electo populo ad terram repromissionis iter ostenditur: quia dum malorum vnitas scinditur: bone mentes ad hoc quod appetunt perducantur. Si malorum vnitas nota nō fuisset: nequaqꝫ diuina prouidentia superbientiuꝫ linguas in tanta diuersitate dissipasset. Si malorum vnitas nota nō fuisset sancte ecclesie hostibus pphēta non diceret. Precipita domine: divide linguas eorum. Q; ergo leuiathan iste tunc contra electos dei in suis viribus effrenatur: cum ad augmentū sue malicie vnitatez in reprobis habere permittitur: vt tanto contra nos robustius vires suas exerat: quanto non solūz nos ictu fortitudinis: sed etiam mole adunationis impugnat. Sed quis contra ista sufficiat q; mens ad tante elationis t compagis pondera non ab ipsa cogitationum radice cor tremiscat: Unde quia trepidare nos per infirmitatem conspicit protinus diuina clementia quid per semetipsam faciat adiungit. Nam sequitur. Si dicit contra eū fulmina: t ad locum aliqm non ferentur. Quid appellatione fulminum: nisi tremendi de ille extremi iudicij sentētie designantur? Que ideireo fulmina vocantur: quia nimirum cos quos ferunt in perpetuum incendunt. Fulmina nāq; super eum Paulus venire conspexerat cum dicebat. Quez dominus Jesus interficiet spiritu oris sui: et destruet illustratione aduentus sui. Hec autem que in eum mittuntur fulmina: ad istum que in eum mittuntur fulmina: ad istum alium non ferentur: quia iustus quidem alium non ferentur: quia iustus quidem alium non ferentur: quia iustus quidem

ticum sub poleis gemit: ita illo extremo iudicij ventilabro inter triticum palea sc̃a discernitur: vt nec in tritici horreū palee transeant: nec in palearum ignem horrei grana delabantur. Illa ergo fulmina locum aliquā nequaq̃ tangunt: quia videlicet igne suo non grana sed paleas incendunt. Sed q̃ leuiathan istum pena non corrigit: infinuat dum subiungit. ¶ Cor eius indurabitur quasi lapis. ¶ Cor enim antiqui hostis vt lapis indurabitur quia nulla vnq̃ conuersionis penitentia mollietur. Qui quia solis ictib⁹ eterne vltionis aptabitur: recte protin⁹ subinfertur. ¶ Et stringitur quasi malleatoris incus. ¶ Incudes quoq̃ malleator solis aptam percussionibus figit. Ad hoc ergo ineas statuitur vt crebris ictibus feriatur. Leuiathan vero vt malleatoris incus stringitur: q̃ inferni vinculis coarcebitur: vt eterni supplicij cōtinua percussione tundatur. Qui modo quoq̃ percutitur: dum iusti quiq̃ illo in infidos vigilante sed doloribus tabescente saluantur. Inincude autem alia vasa formantur: ipse vero tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Recte ergo leuiathan ille incudi comparatus est: quia nos illo persequēte componimur: ipse autem t semper percutitur t in vas vtili nunq̃ formatur. Eterne illum percussione relinquimus t nos superni artificis manu in eius tentatione percussi: per illum quasi vascula formata transimus. In ipso etiā tunditur: vt ad vsum domus superne veniamus. Ipse vero quasi incus stringitur quia t si nunc tempus mundum circuit in inferno tamen positus: iam sub ictu sententie non vagatur. Sequitur. ¶ Cui subiatus fuerit: timebunt angeli: t perterriti purgabuntur. ¶ Scriptura sacra ita nōnunq̃ tempus preteritum futurumq̃ permiscet: vt aliquando futuro pro preterito: aliquando vero vtatur preterito pro futuro. Futuro nūq̃ pro preterito vtitur: cum Joannis mulier paritura masculum qui regat gentes in virga ferrea demonstratur. Quod quia incarnato domino veniente iam factum fuerat res gesta nunciabatur. Rursum preterito vtitur pro futuro: sicut per psalmistam dominus loquitur dicens. Fo. 21 Foderunt manus meas t pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Quibus videlicet ꝓphetie speties dominice passionis quasi iam transacta describitur: sed tamen adhuc longe post futura nunciatur. Hoc ergo loco quo dicitur. Cum sublatus fuerit tunc bunt angeli: nil obstat intelligi: quia sub futuri temporis modo preterita describūtur. Nec recte intelligentie sensum relinquim⁹ si credamus leuiathan isto ab arce beatitudinis cadente in ruinam eius etiam electos angelos expauisse: vt cum istum et illorum numero superbie lapsus ejceret: illos ad robustiue standum timor ipse solidaret. Unde t subditur.

Capitulum. 4.

Timebunt purgabuntur. ¶ Purgati vero sunt: quia nimirum isto cum reprobis legionibus eunte: soli in celestibus sedibus qui beate eternum viuerent remanserant. Vnius itaq̃ lapsus eos terruit t purgauit. Terruit ne conditorem suum superbe despicerent: purgauit vero: quia eruentibus reprobis actum est vt electi soli remanerent. Et quia cunctorum opifex deus sit ad bonorum custodiam etiā bene vti actione reproborum: lapsum cadentium vertit i profectum manentium: t vnde punita est culpa superbientium: inde humilibus angelis t inuenta t solidata sunt augmenta meritorum. Istis nāq̃ cadentibus illico in manere datum est: vt cadere omnino non possunt. Sancti vero angeli dum in istis natere sue damna conspiciunt in seipsis ipa cautius robustiusq̃ consistunt. Unde fit auctore omnium rerum domino cuncta mirabiliter ordinante: vt illi electorum spirituum patrie celestis etiam ruine sue damna proficiant: dum inde firmius constructa sit: vn de fuerat ex parte destructa. Sed quia sepe scriptura sacra predicatores ecclesie: pro eo quod gloriam patrie celestis annunciat angelorum solet nomine designare: possumus hoc loco angelos sanctos predicatores accipere. Unde est enim q̃ Joannes in apocalypsi septem ecclesijs scribens angelis ecclesiarum loquitur. idest predicatoribus populorum. Unde propheta ait. Et angeli pacis amare flebunt. Unde rursum Malachias ait. Labia sacerdotis custodiant scientiam t legem inquirunt ex ore eius: quia angelus dominj exercituum est. Unde Paulus ait. Magnum est pietatis sacramentum: quod manifestatum est in carne. iustificatum in spiritu: apparuit angelis: predicatum est gentibus: creditum est mundo: assumptum est in gloria. Qui igitur dispensationis mysterium: postq̃ apparuisse angelis dixit: predicatum gentibus subdidit: profecto angelorum nomine predicatores sanctos. idest veritatis nuncios designauit. Si ergo hoc quod dicitur: cum sublatus fuerit timebunt angeli: t territi purgabuntur: ad futurum tempus refertur: aduentente districto iudice extrema hic ictus leuiathan damnatio designatur: quia de hoc mundo peram iudicij tollitur: qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur. Tanto autem hinc pondere terroris eruitur: vt sanctorum etiam predicatorum fortitudo turbetur. Cum enim sublatus fuerit timebunt angeli: quia cum iudicij turbine rapitur: hi qui in corporibus reperti potuerint: immenso terrore concussi: etiaq̃ supernę patrie mēbra contremiscant. Quamuis enim iam fortes atq̃ perfecti: adhuc tamen quia in carne sunt positi: non possunt in mentis terroris turbine nulla formidine concuti. Sed cum leuiathan iste rapitur: eumq̃ omnia elementa in eius interitu quatiuntur: predicatores sanctos quos vt diri adhuc in suis corporibus ilico tempus iudicij inuenerit: spes de regni propinquitate letificat: t carnis infirmitas de ire ostensione perturbat. Erit ergo in eis aliquo modo tremor: letus t timor securus: quia t celesti regno se remunerari certi sunt: et per tanti turbinis metum pro carnis infirmitate contremiscant. Considerem⁹ ergo quomodo tunc iniquorum conscientia concutitur: quando etiam iustorum vita turbatur. Di qui oderunt aduentum iudicis: quid facient si terrorem tanti iudicij etiam qui diligunt expauescant? Et quia in sanctis predicatoribus hoc pauore exequitur: si qua eis inesse potuit leuium rubigo viciorum postq̃ dixit: cum sublatus fuerit timebunt angeli: apte mox subditur: et terrori purgabuntur. Sed quia hec de leuiathan fine cognomin⁹: iterum prauiq̃ pereat quid agat audiamus. Sequitur. ¶ Cum apprehenderit eum gladius subsistere non poterit: neq̃ hasta neq̃ torax. ¶ In scriptura

